**Index numismatum in virorum de rebus medicis vel physicis meritorum memoriam percussorum / [C.A. Rudolphi].**

**Contributors**

Rudolphi, Karl Asmund, 1771-1832.

**Publication/Creation**

Berolini : [Starck], 1825.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/phc8rnqs

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

Rudolphi, C.A.

1700 - 1850 stock

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b2930748x







F. W. LINGER IUN: SC:

# Ioanni Fr. Blumenbach

Med. Prof. Magn. Brit. Reg. a Consil. Med. Sup. Ord. Guelph. Commendatori Plurimarum Academiarum et Societatum litterariarum Sodali

Viro Illustri

## Germaniae Decori

diem semisecularem

## Physiophili Germanici

laete gratulantur.

---

Inest

Index Numismatum in virorum de rebus medicis vel physicis meritorum memoriam percussorum.

---

Berolini
die Septembris XIX. 1825.

CV

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

Printed in Germany

*Diem tantae tamque universalis Naturae scrutatorum et Medicorum laetitiae, praeter hunc Germania certe non vidit. Tuum equidem nomen in virorum omnium litteris addictorum est ore, neque philologi quidem aut historici Tuis carere poterint operibus: quantum autem historiae naturali totique adeo medicinae lumen accenderis, hoc ipse a primis studiorum meorum annis quotidieque gratissima mente expertus sum. Non potuit itaque fieri, quin de die isthoc festo rite celebrando unanimes undique conveniremus et venerationis tesseram Tibi offerremus, utinam Tibi acceptam.*

*Numisma, cujus icon fronti hujus libelli praefixa est, nepotibus in seros usque annos, non Tuum quidem nomen, hoc enim immortalitati datum tali non indiget memoria, sed*

*amorem noſtrum ſervabit. Stipendium vero, quod ſundaturi ſumus, Blumenbachianum, quo ſublevandi juvenes, curſu academico abſoluto, iter faciendo, alia indies inſtituta, alios doctores ſalutando, ultro perſiciantur, tua in ſtudioſos beneficia, tuoque omine continuabit.*

*Quae Tibi autem hactenus comites fuerunt tranquillitas et hilaritas, eae Te nunquam deſerant, quo quae mortalibus concedi poſſint bona, in Te cumulentur.*

*Dabam Berolini d. 19. Septembris 1825.*

C. A. Rudolphi.

# Index numismatum

in virorum de rebus medicis vel physicis meritorum memoriam percussorum.

Litteris gratulatoriis cum Programma solito laudabilique more addendum esset, de themate dubius non fui. Idem enim elaborandum duxi, quod hos duos ante annos in Knapii nostri, viri summi, semisecularibus celebrandis elegeram, quod tum temporis autem vires meas superabat. Materia tali die quae tractetur certe apta est, cum tot virorum jubilarium, tot artis nostrae heroum honores enumerentur, et numisma novum veteribus solenni modo addatur, sed difficultatibus non caret, omnibus certe, qui scientiarum physicarum historiam tractaverint, facile perspicuis.

Moehsenius hactenus solus fuit, qui numismatibus in medicorum aut rerum medicarum memoriam percussis, non solum colligendis, sed etiam illustrandis operam dedit. Quos autem collegit, thesauri post cel. viri fata dispersi sunt. Numismatum argenteorum *) magna pars ab Adlero, mercatore quondam Berolinensi, Numismatico egregio, emta et post ejus iterum obitum Numophy-

*) Numismata medicos spectantia 69, res medicas autem 19 olim Moehseniana in Numophylacio Regio vidi. Adlerum, mercatorem, metalla respexisse, et argento inferiora neglexisse, vix mireris, sed in Museis publicis, v. c. Imperiali Viennensi, Regioque Berolinensi, artem metallo postponi, creditu difficile, attamen verum et dolendum est. Quotnam ergo excellentissimis artis monumentis, quotnam historiae documentis gravissimis, ob nimiam illam auri argentive reverentiam non solum ipsa carent, sed perdendis occasionem praebent! Publicae enim collectiones talium rerum conservandarum unice securitatem largiuntur. Omnia numismata si aurea aut argentea haberi possent, superbia illa tolerabilis foret: quam plurima autem, et maximorum quidem artificum, v. c. Pisani Pictoris, Sperandei etc. non nisi aenea, aut plumbea dantur.

lacio Regio cessit. Altera et maxima forsan pars, aenea continens, viri cel. Chr. Fr. Bernh. Augustin, verbi divini ad cathedralem Halberstadiensem ministri meritissimi numophylacio addita fuit; tertiam denique in subhastatione numismatum Frenzelianorum hoc anno Berolini habita ego comparavi.

Ipse cum numismatum talium indicem ante duos annos ederem, collectione potissimum olim Hauschildiana, nunc Goetzii, numismatici Dresdensis cel. et Numophylacio Regio usus sum; alia cel. Augustin *) modo laudatus, cel. Althoff, Archiater Saxonicus, et cel. Friedlaender Numismaticus Berolinensis doctissimus suppeditarunt, reliqua ex collectione propria, tum valde parva, et ex libris hausi his de rebus tractantibus, inter quos Museum Mazzuchellianum eminet, diuque eminebit.

Nunc vero res sese longe melius habet, meaque tam bibliotheca numismatica multo auctior, quam numismatum in privatorum memoriam percussorum, duorum fere millium, collectio, in Germania forsan maxima aut nulli saltem cedens, indicem ultra tertiam partem locupletiorem, et ab innumeris, quibus prior scatet, mendis liberum edendi occasionem praebuit, eo magis exoptatam, quod viris amicissimis celeberrimisque Afzelio, Upsaliensi; ab Ampach, Naumburgensi; Augustino, Halberstadiensi; Berzelio, Holmiensi; Bindero, Stuttgardiensi; Blumenbachio, Gottingensi; Bremsero, Viennensi; Brizzolarae, Mediolanensi; Doplero, Varsoviensi; Erbsteinio, Dresdensi; Forstero et Friedlaendero, Berolinensibus; Hagström, Holmiensi; ab Heydecken, Dantiscano; Hunnemanno, Londinensi; Lauero, Baruthensi; Lüdecke, Holmiensi; Meyero, Berolinensi; ab Olfers nunc Neapoli degenti; Piatti, Florentino; Pogge, Gryphiswaldensi;

---

*) Vir cel. plurima non solum numismata mecum communicavit, sed illa etiam in Petrum de Abano, in Bottonum, et Fabricium ab Aquapendente, de quibus, a Moehsenio inventa esse, seque apparatum hunc in finem adhibitum cum numismatibus simul emisse, certiorem me reddidit.

Reinero, Monacensi; Roeding, Hamburgensi; Stoschio, Berolinensi; Thomson, Havniensi: de Vries Amstelaedamensi, aliisque gratum animum publice testari possim.

Numismata huc facientia, quod sciam, non omisi *), nisi illud, de quo audivi, quod autem hactenus comparare non potui, ab incisore Francisco de Hondt Brugiis 1824 in Medici ejusdem urbis defuncti, van den Hende, memoriam percussum.

Icon Raphaëlis Morghen, sculptoris eximii, numisma in Atilii Zuccagnii, Medici Romani honorem excogitatum sistit, quale autem nunquam percussum fuit; idemque valet de numismate in Friderici Ludovici Norden, peregrinatoris celeberrimi memoriam proposito et depicto, sed nunquam sculpto.

## Siglorum explicatio.

App. Bibl. Firm. Appendice alla Biblioteca Firmiana contenente la raccolta di medaglie d'uomini illustri. Mediolani 1783. 4.

Argelati. Phil. Argelati de monetis Italiae variorum illustrium virorum dissertationes. Mediolani 1750—59. Voll. VI. 4. c. tabb.

Bauer. Ge. Bauer's auserlesene und nützliche Neuigkeiten für alle Münzliebhaber. Nürnb. 1772. m. K.

Berch. Carl. Reinh. Berch Beskrifning öfver Swenska Mynt och Kongl. Skådepenningar. Upsala. 1773. 4.

Biogr. Med. Dictionnaire des Sciences Médicales. Biographie médicale. T. I. — VII. Paris 1820—25. 8.

---

*) Quod in indice 1823 edito p. 98. n. 381. enumeravi numisma, ad Christianum Wermuth, numismatum incisorem spectans, litteris quidem nomini additis M. D. me fefellit, quas Medicinae Doctorem significare credideram, cum Medagliatorem, uti sese vocare amabat, indicarent.

Brucker. Jac. Bruckeri Historia vitae Adolphorum Occonum ad illustrandam rem litterariam et medicam seculi XVI. comparata. Lips. 1734. c. tab.

Buesching. Abbildnng und Erläuterung der Hochgräfl. Bestucheffischen Schaumünzen herausgegeben von D. Anton Fr. Büsching. Hamburg. 1765. 4. m. K.

Burckhard. Numoph. Des Nymophylacii Burckhardiani Anderer Theil. Göttingen. 1745. 8.

Danske Med. Beskrivelse over Danske Mynter og Medailler i den Kongelige Samling. Kopenh. 1791. Tillaegg (Supplementum) ib. 1794. fol. tabb.

Eloy. Dictionnaire historique de la Médecine. Par N. F. J. Eloy. T. 1—4. Mons. 1778. 4.

Engl. Medals. The medallic history of England to the revolution with forty plates. Lond. 1790. 4. Editor Joannes Pinkerton est, qui plurimas autem Snellingii tabulas suas fecit.

Haller. Gottlieb Emanuel von Haller's Schweizerisches Münz- und Medaillenkabinet. 2 Thle. Bern 1780, 81. 8. m. K.

Hauschild. J. Fr. Hauschild Beitrag zur neuern Münz- und Medaillengeschichte. Dresden 1806. 8. Anhang enthaltend die Sammlung von Medaillen und Schaustücken auf Privatpersouen als des Hauschildschen Medaillen-Kabinets zweiter Theil. 128 Seiten. 1041 Nummern.

Hedlinger par Fuesli. J. Gaspard Fuesli Collection complette de toutes les médailles du Chevalier Jean Charles Hedlinger. Augsb. 1782. fol. tabb.

Hist. métall. Napol. Histoire métallique de Napoléon ou recueil des médailles et des monnoies qui ont été frapées depuis la première campagne de l'armée d'Italie jusqu'à son abdication en 1815. Londres 1819. 4. tabb.

— Supplément. ib. 1821. 4. tabb.

Imhof. Chph. Andr. d. vierten Imhof Sammlung eines Nürnbergischen Münzkabinets. 1. Th. Nürnb. 1780. 1. Th. 2te Abth. 1782. 4. figg.

Ind. Index numismatum in virorum de rebus medicis aut physicis meritorum memoriam per-

cussorum. Berol. 1823. 8. Hujus Progr. Ed. prior, de qua in praefatione locutus sum.

Joachim. J. Fr. Joachim Das neu eröffnete Münzkabinet. Nürnb. 1761—73. 4 Thle. 4. m. K.

Kundmann Jubil. J. Chr. Kundmann Nummi Jubilaei. Breslau 1734. 4. m. K.

Kundmann Siles. Ejusdem Silesii in nummis oder berühmte Schlesier in Münzen. Breslau u. Lpz. 1738. 4. m. K.

Kundmann Gel. Ejusdem Die Heimsuchungen Gottes in Zorn und Gnade über das Herzogthum Schlesien. Nebst einem Verzeichniſs von Gelehrten in Münzen (70 Seiten, 914 Nummern.) Lpz. 1742. 4.

Lengnich Nachr. C. Benj. Lengnich Nachrichten zur Bücher- und Münzkunde. Danzig. 2 Thle. 1780—82. 8. m. K.

Lengnich N. Nachr. Ejusd. Neue Nachrichten zur Bücher- und Münzkunde. 2 Thle. Danzig und Dessau 1782. 8.

Lengnich Merkw. Ejusd. Merkwürdigkeiten seiner Medaillensammlung. Zwölf Aufsätze im Journal von u. für Deutschl. Jahrg. 1791 u. 1792. 4.

Lochner. J. Hieron. Lochner Sammlung merkwürdiger Medaillen. 1—8. Jahr. 1737—44. 8 Bde. 4. m. K.

van Loon. Gerard van Loon Histoire métallique des XVII. Provinces des Pays-bas, depuis l'abdication de Charles Quint jusqu'à la paix de Bade en 1716. trad. du Hollandois. T. I—V. à la Haye 1732—37. fol. tabb.

van Loon Cont. Beschryving van Nederlandsche Historie-Penningen ten verfolge op het werk van Gerard van Loon. Amst. Eerste Stuck 1821. Tweede 1824. fol. tabb.

Madai. Verzeichniſs der Thalersammlung des verstorbenen Dav. Sam. Madai. Hamb. 1788. 8. tab.

Mazz. Museum Mazzuchellianum seu numismata virorum doctrina praestantium, quae apud Jo. Mariam Comitem Mazzuchellum Brixiae servantur, a Petro Antonio de Comitibus Gaëtanis edita atque illustrata. Venet. T. 1. 1761. T. 2. 1763. fol. tabb.

Mieris. Franz van Mieris Historie der Nederl. Vorsten. Gravenhag. 1732—35. 3. T. fol. tabb.

Moehsen Meds. 1. J. C. W. Moehsen Beschreibung einer Berlinisch. Medaillensammlung, die vorzüglich aus Gedächtniſsmünzen berühmter Aerzte besteht. 1. Th. Berl. 1773. 4. m. K.

Moehsen Meds. 2. Beschreibung u. s. w. nebst einer Geschichte der Wissenschaften in der Mark Brandenburg. 2r Thl. Berlin u. Lpz. 1781. 4. m. K.

Oberthür. Verzeichniſs von Gedächtniſs-Münzen, gesammelt von Franz Oberthür. Würzburg 1825. 8.

Sacklén. J. Fr. Sacklén Sveriges Läkare-Historia. Första afdelningen. Nyköping. 1824. 8.

Schlichtegroll. Fr. Schlichtegroll Annalen der gesammten Numismatik. 1. B. Lpz. 1804. 2. B. 1. H. 1806. 4. m. K.

Snelling. Thirty-tree Plates of English Medals by the late Thomas Snelling. Lond. 1736. 4. Unicus hic est librorum a me laudatorum, quem ipse conferre non potui; secutus ergo sum Lengnichium (N. Nachr. 1. 2. S. 130—188.) qui librum fuse recensuit. Plurimae tabulae huc facientes a Jo. Pinkerton repetitae sunt. Vide supra: Engl. Medals.

Spies. J. Jak. Spies Der Brandenburgischen historischen Münzbelustigungen. 1—5. Theil. Anspach 1768—74. 4. m. K.

Thesaurus. (Negelein et Körnlein) Thesaurus numismatum modernorum hujus seculi ab anno 1700 ad ann. 1709. et Suppl. — Numismata historica anni 1710. Norimb. fol. tabb.

Thott. Thesaurus numismatum, quae collegit Otto Comes de Thott. Havn. 1779. 80. 2. T. 8.

Will. Andr. Will. Der Nürnbergischen Münzbelustigungen. 1—4. Th. Nürnb. 1764—67. 4. m. K.

Ziervogel. Ewald Ziervogel Diss. usum rei numariae in hist. literariae domesticis exemplis declarans. Ups. 1754. 4.

— Ejusd. Diss. de re nummaria ejusque in historia Suiogothica usu. P. 2. Ups. 1749. 4. Reliquae cel. viri dissertationes huc non faciunt.

I. Abano s. Apono (Petrus de) Conciliator dictus, natus versus annum 1250, Professor Patavinus summam famam nactus, saepe pro Mago habitus, den. 1315.

1. Adversa area: Effigies. Inscr. Petrus de Abano, Pat (avinus).

Aversa area: Sapientia et Medicina manibus junctis. Inscr. Concordi foedere.

Num. fusum, $1\frac{3}{4}$ pollicare, valde rude, quod Moehsen fieri fecit (conf. praefat.) et Meds. 2. p. 423 et 576. Tab. 3. Fig. 3. descriptum et delineatum dedit, (Ind. n. 1.) aeneum mihi est.

II. Acrel (Olaus ab) Chirurgus Suecicus insignis, n. 1717. d. 1807.

2. Adv. Effigies. Inscr. O. ab Acrel Equ. Aur. Praef. Nosodoch. Suec. In Exergo: G. L(iungberger).

Av. Socio salutaris scient. laudibus praeclaro de patria et civibus optime merito Acad. R. Scientiar. Stockholmiens. 1781.

Num. $1\frac{1}{4}$ poll. (quod Lüdecke VII. p. 22. Sacklén p. 876. descripserunt, Ind. n. 2.) argenteum mihi est.

III. Afzelius (Petrus von) Medicinae theoret. et pract. Professor Upsaliensis eximius, 1760 natus.

3. Adv. Effigies, sub qua L. F. L. et stella polaris. Inscr. Petrus von Afzelius Archiater.

Av. Genius stans supra crocodilum hujus caput Aesculapii baculo attrectans. Inscr.

Prudenti audacia. Exerg. Inspectori meritissimo Stud. Iuventus Fennica. Ups. 1821.
Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare (quod Sacklén p. 569. descripsit, Ind. n. 3.) argenteum mihi est.

IV. Alberti (Salomon) Archiater Saxonicus n. 1540. d. 1600.

4. Adv. Effigies. Inscr. Salomonis Alberti. Chu. S. Leibarzts. aeta. 56.
Av. Effigies Uxoris. Inscr. Ursula Beurin. D. Salomo: Alberti uxor.
Num. argent. fusum $1\frac{1}{4}$ poll. (quod Moehsen Meds. 1. p. 25. descripsit et delineavit, Ind. 4.) in Numophylacio regio vidi.

V. Aldrovandi (Ulisse) Natur. scrutator ardentissimus, meritissimus, Bononiensis, n. circa 1525. d. 1605.

5. Num. unilaterale $1\frac{2}{3}$ pollicare (in Museo Mazzuchell. 1. p. 441. Tab. 98. fig. 9. descr. et delin. Ind. n. 5.) effigiem sistit cum inscr. Ulysses Aldrovandus Phi. Bono.
6. Alterum. Adv. Effigies, sub qua: Peuvrier F. Inscr. Ulysses Aldrovandus.
Av. Natus Bononiae in Italia an. 1527.*) obiit 1605. — Series Numismatica universalis virorum illustrium. 1823. Durand edidit.
Num. sesquipollicare aeneum mihi est.

VI. Alembert (Jean le Rond d') Mathematicus et Physicus eximius, n. 1717. d. 1783.

7. Adv. Effigies, infra quam: M. Gatteaux F. 1785. Inscr. J. d'Alembert.
Av. Sertum laurinum, in quo verba: à l'immortalité.
Num. $2\frac{1}{4}$ pollicare egregium (Ind. n. 6.) aeneum mihi est.

---

*) Series numismatica aunorum numerum saepe alienum indicat. Eloy vir cel. Aldrovandum 1605 octoginta annos natum obiisse refert, quod cum Museo Mazzuchelliano convenit. In dict. biographico cel. virum 1522 mundum intrasse perhibent.

VII. Alstroemer (Ionas) Naturae studii promotor laudatissimus, in cuius honorem Linnaeus plantae genus nominavit.

8. Adv. Inwigt H. C. R. och Riddaren Ion. Alstroemer, suenske Handaslägdars otröttade fosterfader af ett tacksamt åsyna wittne. Carl Gustaf Tessin. 1753. (Ionae Alstroemero Consil. Commerc. et Equiti, Fabricarum suecicarum promotori indefesso gratissimo animo testis ocularis C. G. Tessin.

Av. Aranea telam texens. Inscr. Til hembygdens fördehl. (In nostratium usum.)

Num. mihi non visum Berch. p. 354. n. 108. refert.

9. Alterum. Adv. Effigies. Inscr. Ion. Alstroemer Consil. Comm. et Equ. Aur.

Av. Academiae Scientiarum suecanae emblema.

Num. mihi non visum Berch. p. 354. n. 109. in Decani honorem ab Academia. 1769. cusum esse refert.

10. Tertium. Adv. Effigies, sub qua: Ljungberger. Inscr. Ion. Alstroemer Consil. Comm. et Equ. Aur.

Av. Pan sedens in regione amoena. Inscr. Curat oves oviumque magistros. Exerg. Senior meritiss. Acad. R. Sc. Sv.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare (Lüdecke 1. p. 211. n. 6. Ind. n. 7.) argenteum mihi est.

VIII. Anderson (Ioan.) Consul Hamburgensis, de animalium borealium historia meritissimus.

11. Adv. Insignia. Inscr. Io. Anderson D. Nat. 1674. d. 14. Mart. Secretar. 1702. d. 18. Octbr. Synd. 1708. d. 11. Nov. Cons. 1723. d. 5. Febr. Denat. 1743. d. 3. Maji.

Av. Pharus prostrata. Inscr. Multis ille bonis flebilis occidit.

Num. pollicare de quo conf. Langermann LXXVII. n. 3. p. 619. Mus. Mazz. 2. p.

333. Tab. 182. n. 2. Köhler XVII. p. 309 et 343. Tab. 6. n. 21. Ind. n. 8.

12. Alterum. Adv. prioris.

Av. Pharus fracta. Inscr. Multis ille bonis flebilis occidit d. 3. Maji 1743.

Num. poll. Langermann l. c. Mus. Mazz. l. c. n. 3. Köhler l. c. n. 24. Ind. n. 9.

IX. Asch (Georgius Thomas L. B. ab) Archiater Petropolitanus n. 1729. d. 1807.

13. Adv. Effigies infra quam: Gaſs. Inscr. Ge. L. B. de Asch S. C. M. Ross. a Consil. Status P.

Av. Hygaea serpenti circa tripodem voluto pateram offert. Inscr. Liberator a peste. Exerg. In bello turcico ad Istrum 1770.

Num. bipollicare (Lengnich N. Nachr. I. 1. in fronte libri delin. — Ind. n. 10.) argenteum mihi est.

X. Audouard conf. Mazet.

XI. Avogari (Petrus Bonus) d. 1506. aetatis anno plus quam octogesimo.

14. Adv. Effigies. Inscr. Petrus. Bonus. Avogarius. Ferrariensis. Medicus. Insignis. Astrologus. Insignior.

Av. Aesculapius supra Draconem, Urania supra globum stantes. Exerg. Opus Sperandei.

Num. metallo compositum fusum $3\frac{1}{4}$ pollicare Mazz. 1. p. 111. tab. 23. n. 1. Moehsen Meds. 1. p. 96 et 105. descr. et delineavit. Ind. n. 11.

15. Alterum. Adv. Effigies. Inscr. Petrus Bonus Orpheum superans.

Av. Orpheus cithara canens. Inscr. Opus Ioanis Boldu pictoris 1457.

Num. aere campanario fusum $1\frac{3}{4}$ pollicare Mazz. l. c. n. 2. Moehsen l. c. p. 8. descr. et delin. Ind. n. 12.

XII. Ayrer (Melch.) Medicus, Chemicus, Mathematicus Norimbergensis n. 1520. d. 1579.

16. Adv. Effigies a dextro latere. Inscr. Melch. Ayrer D. anno aet. 47. 67.

Av. Insignia. Inscr. Beatus cuius Dominus Deus adiutor eius.

Num. argenteum $1\frac{3}{8}$ poll. (depict. Will. IV. p. 57. — Ind. n. 13.) in numophylacio Regio vidi.

17. Alterum. Adv. Effigies a facie. Inscr. Melchior Ayrer D. anno aetatis 46.

Av. Mulier dextra palmam, librum sinistra tenens, stans supra hostes prostratos. Inscr. Tandem bona causa triumphat.

Num. argenteum $1\frac{3}{8}$ pollicare (depict. Will. IV. p. 113. — Ind. n. 14) in numophylacio regio vidi.

XIII. Bacon (Franciscus, de Verulamio) vir summi ingenii, physicae tractandae rectum modum optime indicans.

18. Adv. Effigies. Inscr. Franc. Bacon Vicecom. Verulamii Angliae Cancellar.

Num. unilaterale bipollicare depict. Engl. Medals Tab. 14. Fig. 2. p. 40.

19. Alterum. Adv. Effigies. Inscr. Fra. Bacon. Viceco. Sct. Alban. Angliae Cancell.

Av. Iuvenis nudus stans supra rupem metalliferam aeris particulam et malleum manibus tenens. Inscr. Deus. Est. Qui. Clausa. Recludit. Tho. Bushell. (vir rei metallicae valde peritus.)

Num. sesquipollicare Engl. Medals p. 37. Tab. 13. n. 10. depictum. Lengnich (N. Nachr. I. 2. p. 142. qui Snellingii iconem Tab. VIII. n. 10. citat, aes perperam pro corde habet.

20. Tertium. Adv. Effigies. Inscr. Francisc. Bacon. In Exergo I. D(assier). f.

Av. Nocte avolante sol surgit. Inscr. Non procul dies. Exerg. Nat. 1560. d. 1626.

Num. $1\frac{3}{4}$ pollicare (Mus. Mazz. 2. p. 17. Tab. 104. n. 3. Snell. Tab. 8. n. 11. Engl. Med. tab. 13. n. 11. — Ind. 15.) aeneum, Parisiis restitutum, mihi est.

XIV. Bacon (Rogerius) Monachus, e primis tamen Physices sanioris fundatoribus.

21. Adv. Effigies, infra quam: Gayrard f. Inscr. Rogerius Bacon.

Av. Natus Ilchester Com. Sommerset in Anglia an. 1214. obiit an 1294. — Series numismatica universalis virorum illustrium. 1818. Durand edidit.

Num. sesquipollicare (Ind. 16.) aeneum mihi est.

XV. Baeck (Abr.) Medicus et Naturae scrutator meritissimus, cui Linnaeus plantae genus (Baeckeam) dicavit. N. 1743. d. 1795.

22. Adv. Effigies, infra quam: Lunderberg; a sinistra: baculus Aesculapii; a dextra: stella polaris.

Av. Abrah. Baeck Pr(aesidi). R. Coll. Med. Archiatro R. Eq. de stella pol. Membro suo desideratissimo Ac. R. sc. 1797.

Num. $1\frac{1}{4}$ poll. (Sacklén p. 46. Ind. n. 17.) argenteum mihi est.

XVI. Baglivus (Georgius) Medicus Hippocraticus eximius n. 1669. d. 1707.

23. Adv. Effigies, infra quam S. U. (St. Urbain) Inscr. G. Baglivus. Med. in Rom. Archil. P. et Soc. Reg. Lond. Coll.

Av. Vas usui medico dicatum; retorta: mortarium cum pistillo. Inscr. Unam faciemus utramque. Exerg. 1704.

Num. sesquipollicare descript. Ioachim 3. p. 318. n. 53. Append. Firm. p. 103. n. 79. Ind. 18.

24. Alterum. Adv. Effigies. Inscr. G. Baglivus. Med. in Rom. Archil(yceo). P(rofessor). Et. Soc. Reg. Lond. Coll.

Av. Effigies. Inscr. Marcellus. Malpighius. Bonon. Phil. Et. Med. Coll.

Num. sesquipollicare argenteum mihi est, cuius Aversa ab illa n. 291. Malpighium sistente differt, quo commotus adversam pariter diversam crederem; quo accedit, Litteras S. U. (St. Urbain) in utraque area deesse; in

adversa earum loco duo tantum puncta observari sibi imposita, alienum quid significantia.

XVII. Baier (Ioannes Iacobus) n. 1677. d. 1735. Med. Prof. Altorfensis, Oryctographiae Noricae aliorumque operum Auctor.

25. Adv. Effigies, sub qua: Werner f. Inscr. D. I. I. Baier P. P. Altorf. et Ac. Nat. Cur. Praes.

Av. Fons saliens. Inscr. Non sibi sed aliis. In Exergo: De obtento Praesid. Acad. Imper. Gratul. F(ieri). F(ecit). A(ndr.). E(lias). B(üchner). 1730.

Num. $1\frac{1}{6}$ poll. depict. Mazz. 2. p. 284. tab. 169. n. 1. Will. 1. p. 209. — Ind. 19.

26. Alterum. Adv. Effigies, sub qua: Dorsch. Inscr. Io. Iac. Baierus. Med. P. P. Acad. H. T. Rector.

Av. Ex gemma C. Dorschei 1723. scalpta R. C. I. C. V. Moehsen.

Num. argenteum fusum pollicem $\frac{3}{4}$ lin. superans (litteris aversae incisis) in Numophylacio Regio vidi. Ind. 20.

XVIII. Baier (Io. Iac.) Medicus Norimbergensis, de Medicina forensi scripsit.

27. Adv. Effigies, sub qua D(allinger). Inscr. Ioannes Iacobus Baier M. D. Nat. 1724.

Av. Seni venerabili per decem lustra urbis splendori vitae praesidi mortis domitori f. c. Coll. Med. Nor. d. 11. Maii 1800.

Num. $1\frac{7}{12}$ pollicare stanneum mihi est.

XIX. Bally (Victor) conf. Mazet.

XX. Banks (Ioseph) Soc. Lond. Praeses, Naturae scrutatoribus tam indigenis quam exteris Maecenas desideratissimus. N. 1740. d. 1820.

28. Adv. Effigies, sub qua: T. Wyon Iun. D. — W. Wyon S. 1816. Inscr. Rt. Honble. Sr. I. Banks Bart. K. G. C. B. P. R. S. etc.

Av. Liber apertus cui frumenti spicae incumbunt et serta circumvoluta. Infra: Bank-

sia. Inscr. High: In Genius. And substantial Learning.

Num. egregium sesquipollicare argenteum mihi est. Ind. 21.

XXI. Barker (Robertus) Physicus, de cujus scriptis nihil constare Moehsenius l. c. refert; nonnullas tamen cel. viri observationes Transact. Philos. insertas cel. Reuſs in Repertorio Comm. enumerat.

29. Adv. Effigies, sub qua: A. Dassier F. Inscr. Robertus Barker.

Av. Doctor Medicus Socius Regiae Societ. Londinensis 1744.

Num. bipollicare Mazz. 2. p. 341. Tab. 184. n. 4. Moehs. Meds. 1. p. 345. (Snelling Pl. 31. n. 2.) descr. et depictum aeneum mihi est. Ind. 22.

XXII. Baron (Hyacinthus Theodorus). De Facultate Parisiensi bene meritus. N. 1707. d. 1787.

30. Adv. Effigies, sub qua: D. V. (Du Vivier). Inscr. Hy. Theod. Baron Decanus.

Av. Insignia Facultatis Medicae Parisiensis, tres scilicet ciconiae ramulum virentem ore tenentes, sole affulgente. Inscr. Facult. Medic. Paris. 1754.

Num. $1\frac{1}{6}$ pollicare argenteum mihi est. Ind. 23.

XXIII. Beaulieu seu proprie Baulot (Jacobus) vulgo Frère Jacques (frater Iacobus) dictus, Lithotomus exercitatus, sed Anatomiae ignarus. N. 1651. d. 1714.

31. Adv. Effigies, infra quam: I. Goeree D. Inscr. Frater Iacobus de Beaulieux Lithotomus.

Av. Sertum calculis paratum, interiectis instrumentis ad lithotomiam adhibitis, includens verba: Beset Dit. Met Geen Diamant En Snoer Aan Een Geregen Steenen Den Mens Ontrokke Door Myn Hand Sal Beeter Luister My Verleenen. L. Smids M. C F.

Num. $1\frac{5}{12}$ pollicare aurichalceum mihi est, satis rudc. Ind. 24.

XXIV. Becarius (Iacobus Bartholomaeus), italice Beccari, Professor Bononiensis, cuius dissertationes nonnullae in Comm. Bononiensibus habentur. N. 1682. d. 1766.

32. Effigies. Inscr. Iacob Bartholom. Becarius. Bonon. Phil. Med. Instituti Praeses.

Av. Philosophus sedens librum sinistra tenens, dextra baculo suffulta orique admota, solem adspiciens. Prope eundem gallus et anguis. Inscr. Unus instar omnium. Exerg. Gaetano Pignone F. 1766.

Num. $2\frac{5}{6}$ pollicare (Oberthür p. 15. n. 29. descriptum) aeneum mihi est.

XXV. Behling (Ioannes Fridericus Guilelmus) Medicus Ratisbonensis.

33. Adv. Effigies, infra quam: Hoernlein. Inscr. D. Io. Frid. Wilh. Behling Phys. Ratisb. nat. 1704.

Av. Pio seniori suo per decem lustra practico dexterrimo medici Ratisbonenses. 1787.

Num. sesquipollicare argenteum mihi est. Ind. 25.

XXVI. Beireis (Christianus Godofredus), Professor Helmstadiensis, vir ingeniosus, doctus, vanam tamen virium praeternaturalium gloriolam famae bene partae praeferens, ideoque cordatorum nonnisi risum movens. N. 1730. d. 1809.

34. Iconisma ferro fusum $2\frac{3}{4}$ pollicare, effigiem similem sistens mihi est. Ind. 26.

XXVII. Bellini (Laurentius) triginta per annos Pisis docuit, multiplici laude dignus, observationibus anatomicis clarissimus. N. 1643. d. 1703.

35. Adv. Effigies, sub qua: G. Ticcati F. Inscr. Laurentius Bellini.

Av. Bellinus ad templum Apollinis Musis stipati ducitur et ob artem suam poëticam,

medicam, anatomicam rel. coronis donatur. Inscr. Ante nos nemini. (forsan: laus tam varia competit.)

Num. campanarum metallo fusum. $3\frac{1}{2}$ pollicare (Mazz. 2. p. 187. Tab. 146. n. 3. — Jnd. 27.) mihi est.

XXVIII. Bergius Bengt s. Benedictus et Petrus Ionas fratres. Ille libri egregii de cupediis auctor, n. 1723. d. 1784. Hic. n. 1730. d. 1790. Floram capensem et Materiam medicam egregiam conscripsit.

36. Adv. Fratrum effigies, infra quas C. E. Inscr. B. Bergius Fisci Commiss. P. I. Bergius M. D. Prof. Histor. Natural.

Av. Erudito Fratrum Pari sociis suis munificis Acad. R. Scient. Stockholm.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare, (Sacklen p. 727. relatum. Ind. 28) argenteum mihi est.

XXIX. Bergman (Torbernus) Chemicus illustrissimus, n. 1735. d. 1784.

37. Adv. Effigies infra quam: G. Liungh. Inscr. Torb. Bergman Patriae Decus ac Decus Aevi.

Av. Sertum, quo verba cinguntur: Ephoro egregio natio Fennica die 1. Maii 1784.

Num. argenteum (secundum Hauschild n. 57.) $1\frac{1}{16}$ Unc. pendens apud cl. Goetzium vidi. Ind. 29.

38. Alterum Adv. Effigies infra quam G. L. Inscr. Torbernus Bergman Chem. Prof. Ups.

Av. Urna (in qua legitur: d. 8. Iul. 1784.) inter cypressos. Inscr. Luctus tu quoque caussa mei. Exerg. Acad. Scient. Holm. 1785.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare (Lüdecke VI. p. 234. Ind. n. 30.) argenteum mihi est.

XXX. Bernoulli (Dan.) Medicinae Professor Basileensis, mathematicis tamen praesertim inclaruit operibus. n. 1700. d. 1783.

39. Adv. Effigies, sub qua: A. S. (Abramson). Inscr. Daniel Bernoulli.

Av. Turris astronomica, e longinquo navis in

alto mari. Inscr. Maris et Coeli mensor. Exerg. Natus 1700.

Num. $1\frac{1}{2}$ pollicare (Haller l. p. 88. n. 141. Hauschild n. 60. Ind. 31.) argenteum mihi est.

XXXI. Bernoulli (Ioannes) Mathematicus et Astronomus celeberrimus, praecedentis frater fuisse videtur, neque cum patre Ioanne confundendus qui de musculorum motu scripsit.

40. Adv. Effigies, infra quam: Samson. Inscr. Ioh. Bernoulli I(oannis). F(ilius). Basil. I. U. D. Math. P. N. 1710.

Av. Inscr. Iohanni Emanueli Danieli Nicolao et Iacobo. Sertum laurinum supra quod insignia, in quo autem inscriptionis continuatio: Filiis hoc sui monimentum permittit. 1767.

Num. argento $\frac{11}{16}$ Unc. pendens descr. Haller l. c. n. 142. Hausch. n. 61. Ind. 32.

XXXII. Bertini (Iosephus Maria Xaverius) Medicus n. 1694. d. 1756.

41. Adv. Effigies, sub qua: I. Selvius. Inscr. Ioseph. M. Xaverius Bertinius. Florentin. aet. 57.

Av. Mercurius Aesculapio aliquid (usum hydrargyri s. mercurii) demonstrat. Inscr. Nobis extudit artem. Exerg. 1752.

Num. $3\frac{1}{4}$ pollicare (Mazz. 2. p. 378. tab. 192. n. 3. Ind. 33.), quod aeneum mihi est, non a civibus (uti Dict. Biogr. Paris. refert) sed a discipulo, Iosepho Caballino, Medico Cremonensi curatum. Area adversa ad Bertini de mercurio frequentissime administrando hypothesin alludit. Mazz. l. c.

XXXIII. Berzelius (Ioannes Iacobus a) Academiae scient. Berolinensis membrum exterum, Holmiensi a secretis, Chemicorum princeps, Sueciae decus. n. 1780.

42. Iconisma 1822 Berolini ferro fusum amici effigiem simillimam referens mihi est. Ind. 34.

XXXIV. Bestuchef-Riumin (Alexius, Petri filius) Comes, natus 1693. denatus 1768. ad summas passim dignitates evectus, alio iterum tempore exul, non tamen fractus, ad quod numismata alludunt, heic loci ob tincturam a se divulgatam, suoque nomine insignem enumeratur.

43. Adv. Effigies sub qua: I. G. H. F. Inscr. Alexy Comes de Bestuchef-Riumin Imper. Majest. Ruth. Cancellarius etc.

Av. Rupes duae in mari commoto. Superne sol nubibus maximam partem obvelatus, fulmina et pluvia. Inscr. Immobilis in mobili. Exerg. Semper Idem. 1757.

Num. bipollicare argenteum mihi est. Büschingius p. 4. idem delineatum dedit, sed tantum $1\frac{1}{4}$ pollicare, et sub effigie B. K. loco litterarum I. G. H. F. habet. Primo diversum credidi, sed insequens quod mihi exiguum est, ille magnum sistit, quo ipse numismata non vidisse et iconum mensuras commutasse videatur.

44. Alterum Adv. Effigies. Inscr. Alexius Comes a Bestuchef-Riumin. Exerg. Imp. Russ. olim Cancellar. Nunc Senior Exercit. Dux. Consil. Actu. Intim. et Senat. Primus. I. G. Iaeger.

Av. prioris, sed exergi anno: 1762.

Num. fere sesquipollicare argenteum mihi est. Büschingius idem p. 6. sed fere bipollicare depinxit et loco nominis artificis (I. G. Iaeger) in exergo litteras I. G. W. F. male retulit.

45. Tertium Adv. prioris, sed absque artificis nomine.

Av. Octo inter cypressos cenotaphium litteram B. exhibens, cui ab altera parte Religio, spes coronam offerens ab altera adstant. Inscr. Tertio triumphat. Exerg. Post duos in vita de inimicis triumphos de morte triumphat. a. 1766. aetat.

Num. fere sesquipollicare aeneum mihi est. Bueschingius idem p. 11. delineatum dedit, sed areae adversae exergo nomen: I. G. Iaeger male addidit, aversae autem numerum minorem LX neque LXVI. habet.

XXXV. Bianchi (Ioannes Paulus Simo) naturae scrutator egregius, n. 1693. d. 1774. — Ex anno 1726. quo contra Ioannem Baptistam Bianchi, Taurinensem, seque multo inferiorem scripsit, Ianum Plancum sese nominavit et hoc nomine inclaruit.

46. Adv. Effigies, sub quam B. Ciantogni. Inscr. Ianus. Plancus. Ariminensis.

Av. Lynx. Inscr. Lynceis restitutis.

Num. tripollicare fusum. Mazz. 2. p. 399. tab. 199. n. 2. Ind. 35.

XXXVI. Bichat (Maria Franciscus Xaverius) multis nominibus, praesertim tamen aureo libro de Anatomia generali conscripto celeberrimus. N. 1771. d. 1802.

47. Adv. Effigies, infra quam: Galle f. Inscr. Xav. Bichat.

Av. Aesculapii baculus. Inscr. Societé médicale d'Emulation de Paris.

Num. pollicare, Societatis Iectonus, delin. Hist. Met. Nap. suppl. T. 71. n. 446. Ind. 36.) aeneum mihi est.

XXXVII. Block (Agneta) Florum cultrix.

48. Adv. Effigies Matronae ornatae, sub qua: I. Boskam f. Inscr. Agneta. Blok. Flora. Batava.

Av. Hortus amoenus in quo Flora cum cornu copiae, tulipam dextra gerens; in ollis Bromelia Ananas, Melocactus etc. Superne legitur: Viver—Hof. In Exergo: Fert Arsque Laborque Quod Natura Negat. 1700.

Num. elegans $2\frac{1}{4}$ pollicare argenteum mihi est. Ind. 37.

XXXVIII. Blumenbach (Ioannes Fridericus) Professor Gottingensis, Academiae Berolinensis Membrum externum, Vir ingenio, eru-

ditione facundia aeque magnus, Anatomiae, Physiologiae, totiusque historiae naturalis, praesertim tamen Anthropologiae summus promotor.

49. Adv. Effigies. Inscr. I. Fr. Blumenbach, Nato Gothae d. 11. Maii 1752, Doct. Creato Gottingae, d. 19. Sept. 1775.

Av. Cranium europaeum inter aethiopicum et mongolicum: Infra: G. Loos dir. H. Gube fec. Inscr. (contin. adversae) Naturae Interpreti, Ossa Loqui Iubenti Physiophili Germanici d. 19. Sept. 1825.

Num. fere bipollicare argenteum mihi est.

XXXIX. Bochartus (Samuel) n. Rothomagi 1599. Auctorem Hierozoici, summo labore congesti, omittere non potui.

50. Adv. Effigies. Inscr. Samuel Bochart.

Av. Monumentum cum Inscr. Professeur ès langues orientales. M(ort). 1667. Exerg. I. D(assier).

Num. pollicare (Mazz. 2. p. 82. Tab. 119. n. 5. Ind. 38.) aeneum mihi est.

XL. Boerhaave (Hermannus) Medicinae qui suo fuerint aevo professorum facile princeps, ingenio, eruditione, dictionis simplicitate junctis fere incomparabilis.

51. Adv. Effigies Senis, sub qua: A. Bemme. Inscr. Hermanus Boerhaave.

Av. Baculus Aesculapii cum oleae ramulo supra: Inscr. insequ. Geboren te Vorburg 1668. Overleden te Leyden 1738.

Num. fere bipollicare (v. Loon cont. II. tab. XIV. n. 130. Ind. 39.) aeneum mihi est.

52. Alterum Adv. Effigies sub qua: Simon F. Inscr. Herman Boerhaave.

Av. Natus 1668 prope Leidam mortuus 1738.

Num. $1\frac{3}{4}$ pollicare (v Loon cont. II. tab. XIV. n. 129. Ind. n. 40.) aeneum mihi est.

53. Tertium Adv. Effigies, sub qua: Vivier f. Inscr. Hermannus Boerhaave.

Av. Natus Vorzouti prope Leidam in Hollan-

dia an. 1668. Obiit an. 1738. — Series numismatica universalis virorum illustrium 1821. Durand edidit.

Num. sesquipollicare (v. Loon cont. II. tab. XIV. n. 131. Ind. 41.) aeneum mihi est.

54. Quartum Adv. Effigies, sub qua: H. Boerhaave. Iconisma ab egregio artifice K. Lanting Amstelaedamensi argento scalptum, unilaterale, ovale, $3\frac{1}{4}$ poll. altum, medio $2\frac{1}{2}$ latum, v. Loon cont. II.) p. 129. tab. XIV. n. 132. Ind. 42.) mihi est.

XLI. Bonavites (Ioannes Petrus) a loco natali (Mantua Carpetanorum) etiam Mantua dictus. Medicus practicus Patavinus felicissimus. Medici ejusdem nominis pariterque celeberrimi pater.

55. Adv. Effigies. Inscr. Io. Pet. Man. Bonavi. Medicus Pater.

Av. Templum gloriae. Inscr. Aeternitas Mant.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare descript. et depict Mazz. 1. p. 163. tab. 36. n. 4. et Moehsen Meds. 1. p. 281. Ind. n. 43.

56. Alterum. Adv. Prioris.

Av. Effigiem Marci filii, Iurisconsulti, exhibet.

Num. eiusd. magnitudinis (Mazz. 1. p. 377. tab. 84. n. 2. Ind. 44.). Utrumque Ioannis Cavinei, Patavini, incisoris celeberrimi opus.

XLII. Borch (Olaus) sive Borrichius quo

---

Michael Ioannes Comes a Borch, Polonus, Mineralogus, Lithologiae Sicilianae auctor in Hodoeporici sui (Lettres sur la Sicile et sur l'ile de Malthe. T. 1. 2. Turin 1782. 8.) fronte (et quidem utriusque voluminis) numisma delineari curavit $1\frac{1}{4}$ pollicare, certe nunquam percussum. Adv. Effigies hedera caput cingente; infra: tres aviculae comitis forsan insignia; inscr. Michael Ioannes e Comitibus de Borch. Av. Alveare, circa quod apum agmen volitat, basi impositum, cui utrinque arbor aurantiaca addita est. Inscr. Ingeniosa assiduitate.

Infra numisma, in ipso libri titulo legitur: Dessiné par Nistri. Gravé par Chry. dell' Aqua.

nomine magis inclaruit, vir doctissimus. n. 1626. d. 1690.

57. Adv. Effigies, sub qua artificis nomen: Iacobson. Inscr. D. A. Borch Prof. Med. et Phil. Fund. Coll. Med.

Av. Primo Collegii Medicei (Medici) exacto seculo memoriae immortali D. Olai Borrichii fundatoris grati animi signum dedicavit alumnorum pietas. Exerg: Havniae in festo seculari d. 9. Iun. 1791.

Num. $1\frac{2}{3}$ pollicare, (Danske Med. Suppl. Tab. 6. n. 2. delin. — Ind. n. 45.) argenteum mihi est.

XLIII. Bosch (Hieron. de).

58. Adv. Effigies, infra quam: E. C. Kalker f.

Av. Hieronymus de Bosch Collegii medici Amstelaedamensis per 50 annos socius, aetatis agens 87, hoc qualecunque animi amici monumentum collegis suis l. m. q. d. Kal. Septembr. 1764.

Num. bipollicare (Ind. n. 46.) argenteum mihi est.

XLIV. Bottonus (Albertus) Medicus Patavinus versus finem seculi decimi sexti denatus, Practicus felicissimus.

59. Adv. Effigies. Inscr. Albertin. Bottonus. Theor. Med. Lec. Pat.

Av. Templum. Exerg. 1591.

Num. fusum, $1\frac{11}{12}$ pollicare, quod Moehsen fieri fecit, valde rude, aeneum mihi est. Ind. 47.

XLV. Boudin (Ioannes) Archiater regius. d. 1727.

60. Adv. Effigies. Inscr. M. Ioan. Boudin Facult. Med. Decanus annis 1696 et 1698,

Av. Chiron Aesculapium ad fornacem chemicum ducit. Inscr. Servat. et docet. Exerg. Facultas Med. Paris. anno 1700.

Num. pollicare (Jectonum) Moehsen Meds. 1. p. 393. delineavit et p. 407. descripsit. Ind. 48.

XLVI. Bouillaud (Ismael) s. Bulliardus, Mathematicus et Astronomus laudatissimus, n. 1605. d. Lut. Paris. 1694. secundum Erschii et Gruberi Encycl. ubi autem perperam Israel nominatur.

61. Adv. Effigies, litteris I. D (assier). appositis. Inscr. Ismael Bouilleau.
Av. Monumentum, cum inscriptione: Astronome. M. 1691. Exerg. I. D.
Num. pollicare (Mus. Mazz. T. 2. tab. 138. n. 5.) aeneum mihi est.

62. Est mihi etiam numisma eiusdem magnitudinis, cuius adversa eadem, aversa autem aliud elegantiusque monumentum habet. Exerg. I. Dassier F. Plurima generatim (an omnia?) Dassieri numismata minora aversa duplici expressa video.

XLVII. Bourru (Edmundus Claudius) Facultatis Medicae Parisiensis Doctor regens olim et Bibliothecarius, cujus annum natalem er Eloy et Dict. Biogr. tacent, neque hoc diem mortis dixit.

63. Adv. Effigies, sub qua: Duvivier. Inscr. Edm. Cl. Bourru Paris. Fac. Med. Par. Decan.
Av. Mulier sedens (ad cujus pedes D. V (ivier) alterius stantis fascesque tenentis manum arripiens. Inscr. Concordia et Constantia vincent. Exerg. 1786. 87.
Num. pollicare (lectonus) argentum mihi est.

XLVIII. Boyer (Io. Bapt. Nicol.) Medicus Parisiensis cel. n. 1693. d. 1768.

64. Adv. Effigies. Inscr. I. B. Boyer Reg. St. Mich. Ord. Equ. 1756. Exerg. Du Vivier.
Av. Templum Gloriae. Herbae. Anguis. Inscr. Monstrat iter.
Num. pollicare argenteum apud Goetzium vidi. Ind. 49.

XLIX. Brahe (Tycho) Astronomus celeberrimus, cui Fridericus II. Daniae Rex in insula Hwen observatorium magnificum, Uranienburg dictum, exstruxit. N. 1546. d. 1601.

65. Adv. Effigies.

Av. Uranienburg. Inscr. Redeunt quae periere prius. Exerg. Restitui.

Num. ovale plumbo fusum (Hauschild n. 94. Ind. 50.) apud Goetzium vidi.

66. Alterum Adv. Effigies. Inscr. Effigies: Tychonis: Brahe: O: F: Aetatis: 49.

Av. Insignia. Inscr. Esse: Potius: T B O: quam: Haberi: 1595.

Num. 1¼ pollicare, delin. Danske Med. Christ. IV. Tab. 34. n. 3. cujus fusam explicationem in Danske Magazin T. II. Fasc. 18. dari, in descriptione additur.

L. Bremer conf. Ienner.

LI. Bresciani (Benedictus) vir multiplici eruditione insignis, Mathematicus, Medicus etc. N. 1658. d. 1740.

67. Adv. Effigies. Inscr. Benedictus Bresciani Flor. 1725.

Av. Philosophus inter apparatum mathematicum et chemicum. Inscr. Haec docet, illa probat.

Num. tripollicare Mazz. 2. p. 318. tab. 178. n. 2. descr. et delineatum. Ind 51.

LII. Brueckmann (Urbanus Fridericus Benedictus) Archiater Brunsvicensis, Naturae scrutator diligentissimos. n. 1728. d.

68. Adv. Effigies, infra quam: A/S (Abramson). Inscr. Urb. Fried. Bened. Brückmann M. D.

Av. Hygaea serpenti pateram offert. Inscr. Quod patrem reddidit patriae. Exerg. Mens. Oct. 1796.

Num. 1¼ pollicare (Ind. 52.) argentem mihi est.

LIII. Buechner (Andreas Elias de) Professor Erfordiensis, dein Halensis, Acad. Nat. Cur. Praeses, in cujus memoriam Linnaeus Büchneram dixit. n. 1701. d. 1769.

69. Adv. Effigies. Inscr. D. Andre. El. Buechner C. M. Cons. et Archiat. Acad. Imp. Praes. Chym. Prof. P. et E. M. E.

Av. Vir sub umbra Fagi frondosae dormiens.

Inscr. Omnibus refrigerium. Exerg. De felici nominali gratulatur d. 30. Nov. 1742. I. H. Werner. Erfurt.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare Mazz. 2. p. 346. Tab. 186. n. 2. Ind. 53.

LIV. Buffon (Georgius Ludovicus le Clerc Comes de) Vir de historiae naturalis studio promovendo immortalem famam nactus.

70. Adv. Effigies, infra quam: E. Gatteaux. Inscr. G. L. le Clerc de Buffon.

Av. Né à Montbar en 1707. mort en 1788 — Galerie métallique des grands hommes françois. 1817.

Num. sesquipollicare argenteum mihi est. Ind. 54.

LV. Burrus, seu proprio nomine italico Borro (Franc. Ioseph.) Ophthalmiater, praestigiator. N. 1625. d. 1695.

71. Adv. Effigies. Inscr. Franciscus Iosephus Burrus Theosophus.

Num. ovale unilaterale sesquipollicare plumbo fusum apud Goetzium vidi. Ind. 55.

LVI. Caesius (Fridericus), Montis Coelii Marchio, anno aet. XVIII. (1603) Lynceorum Academiam instituit, d. 1630.

72. Adv. Effigies. Inscr. Fed. Caesius. Lync (eorum) Princ (eps) et Inst. P. I. S. A. S. P. M. H. M. C. Ae. I. B.

Av. Insignia societatis id est: sertum in quo Lynx. Inscr. Lynceis institutis.

Num. $1\frac{1}{6}$ pollicare Mazz. 1. p. 334. Tab. 72. n. 6. Ind. 56.

73. Alterum Adv. Effigies. Inscr. eadem ac prioris.

Av. Pallas cum variis emblematibus ad insignia ill. viri facientibus, de quibus et de inscr. areae adversae Mus. Mazz. consulatur. Inscr. Caesia Pallas.

Num. $1\frac{5}{12}$ pollicare Mazz. l. c. n. 7. Ind. 57.

LVII. Callisen (Henricus) Medicus et Chirurgus celeber, Topographiae Hafniensis auctor.

74. Adv. Effigies, infra quam: S. Iacobson f. Inscr. Henr. Callisen, Med. Doct. Chirurg. Prof. Prim. et Direct. Gen. Nat. 1740. d. 11. Maii.

Av. Sertum quercinum. Inscr. Senescenti Doctori Discipulorum Pietas. Die 29 Martii 1805.

Num. $2\frac{1}{4}$ pollicare argenteum mihi est. Ind. 58.

LVIII. Camerarius (Ioachimus), Ioachimi filius, Norimbergensis, Vir eximius, de cuius magnis in Botanicen meritis Halleri Bibl. Bot. 1. p. 366. conferatur. N. 1534. d. 1598.

75. Adv. Effigies, sub qua: Werner f. Inscr. Ioach. Ioach. F. Camerarius. Patr. Nor. M. D. Coll. M. Conditor et Decan. Perp.

Av. Sertum in quo verba: Collegium Medicum Norimbergense duo secula feliciter perstans. Die 27 Maii 1792.

Num. $1\frac{5}{6}$ pollicare argenteum collectionis cel. Oberthür (p. 21. n. 56.) vidi.

LIX. Camper (Petrus) Vir ingeniosissimus, de anatomia, praesertim comparata meritissimus, Hollandiae decus. N. 1722. d. 1789.

76. Adv. Effigies. Inscr. *πολλων ανταξιος ανδρων.*

Av. Aesculapius sedens coram columna Harpocratem gerente et angue sacro circumvoluta. Inscr. *Θεου Ασκληπιου.*

Num. pollicare a cel. Hemsterhuis inventum, in Italia percussum, antiquorum more area utrinque excavata utens, simplicitate et elegantia nulli cedens, argenteum, ab ipso Campero acceptum (ob pistillum disruptum, rarissimum) ill. Blumenbach mihi dono dedit. Ind. 59.

77. Alterum. Iconisma ab Egregio Artifice K. Lanting, Amstelaedamensi argento scalptum, unilaterale, 3 poll. longum, $2\frac{5}{12}$ poll. latum, mihi est. Effigiem sistit cum inscr. Petrus Camper.

LX. Cardanus (Hieronymus) Medicus doctissimus, ingeniosissimus, sed simul phantasticus sibique inconstantissimus. N. 1501. d. 1576.

78. Adv. Effigies. Inscr. Hier. Cardanus, aetatis an. 43.

Num. unilaterale bipollicare Mazz. 1. p. 360. Tab. 80. n. 3. Ind. 60.

79. Alterum. Adv. Effigies. Inscr. Hier. Cardanus aetatis an. 49.

Av. Emblema, sub quo verbum: ονειρον, ad Cardani somnium gloriam sibi initiaturum alludens.

Num. sesquipollicare Mazz. l. c. n. 4. Ind. 61.

LXI. Cartesius (Renatus) s. René Des Cartes, vir acris ingenii sed philosophicis speculationibus et hypothesibus nimis deditus, ita ut structuram quidem organorum disquisitionibus anatomicis cognitam sibi reddere studuerit, eandem tamen Neotericorum modo construere i. e. fingere praetulerit. N. in Gallia 1596. d. Holmiae 1650.

80. Adv. Effigies, ad cuius basin I. S(meltzing). Inscr. Renatus Des Cartes. Nat. Hag(ae) Tur(onum). 1596. Mort. in Suec. 1650.

207. Adv. Effigies, infra quam: A. Karlsteen. Inscr. Urb. Hiärne. M. D. Soc. Reg. Angl.

Av. Cranium humanum, ex cuius orbita dextra anguis prorepit, sole affulsum, ramisque laurinis obtectum, cinctum verbis: Gott und Tott (allusione ad hanc familiam sibi propitiam facta). Inscr. Vivitur ingenio. Exerg. 1682.

Num. 1¼ pollicare (Mazz. 2. p. 120. tab. 127. n. 5. meliusque depict. Prüf. Gesellsch. zu Halle XI. p. 240. Ind. 152.) argenteum in numophylacio regio et apud Goetzium vidi.

208. Alterum. Adv. Effigies, infra quam: A. K. (Arvid Karlsteen). Inscr. Urb. Hiärne S. R. Sue. Archiat. prim.

Av. prioris, sed exergi anno: 1702.

Num. sesquipollicaris descriptionem et ectypon aurichalceum cel. Augustin mecum communicavit. Ind. 153.

CXLII. Hilling (Achatius) Gregorii pater, Mercator, rerum naturalium, praesertim conchyliorum scrutator.

209. Adv. Effigies. Inscr. Achatius Hilling. ae. 71. an. 1661.

Iconisma argento fusum, ovale, unilaterale, 1¾ pollicare, olim Moehsenianum (Meds. 1. p. 82. relatum) in Numophylacio Regio vidi. Ind. 154.

210 Alterum Adv. Effigies. Inscr. Achatius Hilling nat. 1591. de. 1670.

Av. Nominis siglum in serto palma et lauri ramo facto. Inscr. Affert hominibus Christus beatitudinem.

Num. cusum suae collectionis Moehsen l. c. refert, quod nunc cel. Augustini erit. Ind. 155.

CXLIII. Hilling (Gregorius) Achatii filius, Medicus Norimbergensis n. 1614. d. 1680.

211. Adv. Effigies, Inscr. Gregor. Hilling M. D. aet. 56. a. 1670.

Iconisma argento fusum, ovale, unilaterale $1\frac{3}{4}$ pollicare (Moehsen Meds. 1. p. 81. depictum, illi n. 209. simillimum; in Numophylacio Regio vidi. Ind. 156.

CXLIV. Hoeven (Gerhard von).

212. Adv. Gerhard von Hoeven Medicyn Candidat, gebooren tot Bremen, den 26. Augusti anno 1670. Gestorven tot Leyden den 23. Maey anno 1693.

Av. Arbor virens vi procellae medio fracta. Inscr. Des Doodes Kragt Komnt onverwagt.

Num. argenteum duas Uncias pendens descript. in: J. Phil. Cassel's Vollständiges Bremisches Münzcabinet. Bremen 1772. 8. 2 Th. S. 248. Ind. 157.

CXLV. Hoffmann (Fridericus) Medicorum recentiorum facile Princeps. d. 1742.

213. Adv. Effigies. Inscr. Frid. Hoffmann Reg. Pruss. Cons. Intim. Medicus et Profess.

Av. Natus Halae 1660 patre Friderico Archiat. Sax. Primus ibi Professor jam Senior artem qua augustiss. Caesari Regibus multisq. S. R. I. Principibns profuit per 44 annos docuit et in systema rationale redegit 1737. Inscr. Adversa et Philosophum et Christianum probant.

Num. argenteum $1\frac{5}{6}$ pollicare (Lochn. VII. praefat. numismata a Kochio percussa re-

censendo descriptum. Ind. 158.) in Numophylacio Regio vidi.

214. Alterum. Adv. Effigies, infra quam: Wolff f. Inscr. Fridericus Hoffmannus.

Av. Natus Halae in Magdeburgica (sic!) an. 1660. obiit an. 1742. — Series numismatica universalis virorum illustrium. 1823. Durand edidit.

CXLVI. Horch (Christophorus) n. 1667. d. 1754.

215. Adv. Effigies. Inscr. C. Horch Consil. intim. et Archiat. Boruss. Reg.

Av. Avi optimi memoriam C. V. I. C. V. Moehsen M. D. 1754. an. aet. 87.

Num. argenteum fusum $2\frac{1}{4}$ pollicare, quod Moehsen fieri curavit et Meds. 2. p. 576. praetereundo refert, in Numophylacio regio vidi. Ind. 159.

CXLVII. Howard (Ioannes) iure Philanthropus dictus. Maximam enim vitae partem carceribus et nosodochiis plurimarum terrae regionum inspiciendis et describendis adeoque melioribus reddendis faustissimo successu impendit. N. 1727. d. 1790.

216. Adv. Effigies. Inscr. John Howard. F. R. S. Philantropist.

Av. Insignia. Inscr. Portsmouth and Chichester. Half — Penny. Exerg. 1794.

Num. $1\frac{1}{6}$ pollicare aeneum mihi est. Viri humanissimi effigiem in moneta tali omnium etiam infimae sortis hominum inter manus versante servari et Howardio et huius rei inventori summae laudis ducendum est.

CXLVIII. Humboldt (Alexander ab) vir vasti fertilisque ingenii, de omnibus historiae naturalis partibus optime meritus, cuiusque nomen summa laus est. Natus Berolini 1769.

217. Adv. Effigies, sub qua F. Loos. Inscr. Frider. Henr. Alexander ab Humboldt.

Av. Naturae scrutator sedens, intuens Americam in sphaera terrestri. Inscr. Novi Or-

bis Democritus. Exerg. In felicem reditum Berolini 1805.

Num. sesquipollicare argenteum mihi est. Ind. 160.

CXLIX. Hunter (Guilielmus) Medicus eximius, operis egregii de utero gravido auctor celeberrimus. N. 1718. d. 1783.

218. Adv. Effigies. Inscr. Gul. Hunter. Anatomicus. — Burck fec.

Av. Urna cuius medio demonstratio anatomica exhibetur. Ad eius basin: 1774. Inscr. Olim meminisse iuvabit.

Num. tripollicare metallo composito fusum, dein artificis manu scalpendo perfectum, omnium, quae hactenus vidi, pulcherrimum mihi est. Ind. 161.

CL. Hunter (Ioannes) Guilelmi frater natu minor, Anatomicus et Physiologus summus, cui quam plurima debemus. Nat. 1728. d. 1798.

Numisma in eiusdem et Fordycii honorem percussum supra n. 143. dictum est.

CLI. Huygens s. Huyghens (Christianus) Mathematicus et Physicus meritissimus et celeberrimus. Hagis Comitum n. 1629. d. 1695.

219. Adv. Effigies, infra quam: Henrionnet F.

Av. Natus Hagae Comitum in Batavia an. 1629. obiit an. 1791. (sic!) — Series numismatica universalis virorum illustrium. 1821. Durand edidit.

CLII. Jacquin (Nicolaus Iosephus L. B. de) Botanicis optimis quibuscunque adnumerandus natus Lugd. Bat. denatus Viennae ubi plurimos annos scientiam amabilem docuit.

220. Adv. Effigies, infra quam: Boehm f. Inscr. Nicolaus Iosephus Jacquin L. B.

Av. Flora prope Sarcophagum, cui Jacquinia armillaris et Aesculapii baculus ornamento inserviunt, Famae Jacquini opera tradit. Inscr. Amore Florum tantus. Exerg. Natus 16. Februar. 1727. Obiit 26. Oct. 1817.

Num. $2\frac{1}{2}$ pollicare aeneum (ob pistillum aliquot exemplaribus percussis laesum) rarissimum, Jacquini filii, viri longe celeberrimi, benevolentiae debeo.

CLIII. Jaenisch (Godofredus Iacobus) Medicus Hamburgensis, qui secundum Lengnichium bibliothecam triginta librorum millibus instructam possedit.

221. Adv. Effigies. Inscr. Gottfried Jacob Jaenisch. M. D.

Av. Sertum laurinum verba continens: Dignissimo Magist. Ord. Monumentum amoris Latomi Hamburgens. 1778.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare argenteum mihi est. Lengnich Merkw. n. 268. Ind. 163.

CLIV. Iantke (Ioannes Iacobus) Med. Prof. Altorfensis n. 1687. d. 1768.

222. Adv. Effigies. Inscr. (incisa) Io. Iac. Iantke. Med. D. P. P.

Av. (Inscr. incisa) Saec. Solem. Cel. Academia Altorfina. In gemmis C. C. Dorsc. 1723.

Num. ovale argenteum $1\frac{1}{4}$ pollicare in Numophylacio Regio vidi. Ind. 164.

223. Adv. Effigies. Inscr. (incisa) Io. Iac. Iantke. Med. D. P. P.

Av. (Omnia. incisa) saec. Solem. Cel. Academia Altorfina in gemma sc. C. Dorsch. 1723. Exerg. Berolini R. C. M. (Recudi curavit Moehsen.)

Num. ovale $1\frac{1}{6}$ pollicare argenteum mihi est, olim Moehsenianum.

224. Adv. Viri incomparabiles et excellentissimi D. Io. Balt. Bernhold (Theologus) D. Io. Frid. Danreuther (Jctus) D. Io. Iac. Iantke Iubilaeum officii uno mense celebrant. Exerg. Aprilis d. d. 9. et 20.

Av. Emblemata Theologiae, Iurisprudentiae et Medicinae. Inscr. Quare dum licet inter nos laetemur amantes. Prosp. Exerg. 1764. P. P. Werner f.

Num. $1\frac{3}{4}$ pollicare (depict. Will 1. p. 185.

Ind. 165.) argenteum in numophylacio Regio vidi.

CLV. Ienner (Eduardus) Generi humano carus. n. Mai. 17. 1749. d. Ian. 26. 1823.

225. Adv. Apollo salutaris Britanniae, corollam civicam Ienneri nomine ornatam porrigenti, Nautam reddit variolarum vaccinarum ope servatum. Inscr. Alba nautis stella refulsit. 1801.

Av. Anchora, supra quam: Georgio tertio Rege. Infra: Spencer Duce.

Num. aureum (Schlichtegroll 1. p. 156. descriptum, Ind. 166.) Medici et chirurgi classis Regiae fieri curaverunt et solemniter Iennero tradiderunt.

226. Alterum, quod Societas Medica Londinensis Iennero d. 4. Mart. 1804. decrevit aureum.

Inscr. Don. Soc. Med. Londin. ann. salut. 1773. institut. E. Ienner M. D. socio suo eximio ob vaccinationem exploratam.

Plura de numismate non habet: Biographie médicale T. V. p. 574. Ind. 167.

227. Tertium. Adv. Infans inter rosetum et cornucopiae dextra in brachium monstrans vaccinatum. Inscr. Eduard Ienner's wohlthätige Entdeckung. Exerg. vom 14. Mai 1796.

Av. Zum Andenken an erhaltenen und mitgetheilten Schutz. — Gereicht vom Doctor Bremer in Berlin 1003. — 8. L. 6. Gr.

Num. pollicare argenteum mihi est; idem etiam anni 1811. instituti a se conditi praemium.

Joannes Immanuel Bremer, n. Rugenwaldiae 1745. d. Berolini 1816, ubi triginta octo per annos Medicinam felicissime fecerat. Vir doctissimus, pauperum pater, deque variolarum vaccinarum inoculatione propaganda quam optime meritus.

228. Quartum. Adv. Effigies, infra quam: F. Loos. Inscr. Eduard Ienner Entdecker der Schutzimpfung. d. 14. Mai 1796.

Adv. Vacca circa quam infantes saltant, angelo sertum demittente. Inscr. Ehre sey Gott in der Höhe. Exerg. und Freude auf Erden.

Num. argenteum $1\frac{1}{3}$ pollicare mihi est. Ind. 168.

229. Quintum. Adv. Effigies, infra quam: F. Loos. Inscr. prioris.

Av. Hygaea clypeo, in quo vacca depicta, obiecto infantem a genio malevolo servat. Inscr. Triumph! getilget ist des Schicksals lange Wuth.

Num. argenteum $1\frac{1}{12}$ pollicare mihi est. Ind. 169.

CLVI. Iessensky (Ioannes de Magna Iessen) Anatomicus non contemnendus, n. Vratisl. 1556. Professor Pragensis ob motus seditiosos a se excitatos d. Iun. XI. 1621. decollatus.

230. Adv. Effigies. Inscr. D. Ioan. Iessensky de Magna Iessen.

Av. Insignia. Inscr. Rector Acad Carolin. Pragens. et Med. Caes.

Num. $1\frac{3}{4}$ pollicare (Kundmann Siles. p. 395. Tab. 29. n. 89. Ind. 170.) stanneum mihi est; argenteum in Numophylacio regio servatur.

CLVII. Inglis (Ioannes) Medicus Anglus, de quo nil comperi.

231. Adv. Effigies. Inscr. Io. Inglis M. D. 1703. M. S. (Max. Soldanus).

Av. Dea Salus et Minerva. Inscr. Reddunt alternam vicem.

Num. quadripollicare fusum (Hauschild n. 412. Ind. 171.) apud Goetzium vidi.

CLVIII. Joubert (Laurentius) Medicus ingeniosissimus. N. 1529. d. 1583.

232. Adv. Effigies. Inscr. Laur. Joubert Val. Delph. Monsp. Medicus an. 1558. aet. 28.

Num. unilaterale $2\frac{1}{2}$ pollicare stanno fusum (Hauschild n. 413. Ind. 172.) apud Goetzium vidi.

CLIX. Jovius (Paulus) s. Paolo Giovio, Medicus, Historicus, tandem Episcopus, libri egregii de piscibus romanis auctor. N. 1483. d. 1552.

233. Adv. Effigies. Inscr. Paulus Jovius Comensis Episcopus Nucerinus A. D. N. S. 1552.

Av. Paulus Jovius sinistra librum (Biographicum) tenens, dextra virum e sepulcro attollit. Inscr. Nunc denique vives.

Num. $3\frac{3}{4}$ pollicare (depict. Mazz. 1. p. 288. tab. 62. n. 2. Köhler XII. p. 1. sed opt. v. Mieris II. p. 426. — Ind. 173.) campanarum metallo fusum mihi est.

(Aliud huc trahitur numisma sesquipollicare, fusum, (Mazz. l. c. n. 3. Ind. 174.) quod aeneum mihi est, quodque adversa Jovii effigiem sistit frontis corniculis notatam, aversa autem caput cirrorum loco priapis utens.)

CLX. Iung (Ambrosius) Medicus Augustanus n. 1471. d. 1548.

234. Adv. Effigies. Inscr. Ambrosius. Iung. Artium.. Et. Medicinae. Doctor. An. Aetatis 57.

Av. Insignia. Inscr. Iusticia. Nostra. Christus. 1528.

Num. $2\frac{3}{4}$ pollicare (depict. Mazz. 1. p. 227. tab. 51. n. 2. Moehsen Meds. 1. p. 49. — Ind. 175.) stanneum mihi est.

CLXI. Iuncker (Ioannes) Professor Halensis, Stahlianus. N. 1679. d. 1759.

235. Adv. Effigies, infra quam I. G. N(eumann). Inscr. D. Ioh. Iuncker M. P. P. O.

Av. Templum, ad cuius sinistram vir sedet togatus, librum apertum tenens, dextra cyathum porrigens; pone eum arbor aurantiaca, ante eundem vero apparatus destillatorius. Inscr. Inserviendo. Exerg. Nat. 1680.

Num. $1\frac{1}{6}$ pollicare (quod Moehsenius Meds. 2. p. 576. obiter refert. Ind. 176.) argenteum mihi est.

CLXII. Iussieu (Bernhardus de) Antonii frater natu minor, Antonii Laurentii patruus, Botanicus celeberrimus, Horti Parisiensis Praefectus.

236. Adv. Effigies, infra quam: Depaulis F. Inscr. Bernard de Iussieu.

Av. Né à Lyon en 1699. Mort en 1777. — Galerie métallique des grands hommes français. 1823.

CLXIII. Kant (Immanuel) Philosophus acutissimus, rerum physicarum summus promotor.

237. Adv. Effigies bustiformis basi imposita, infra quam: Fr. Loos. Inscr. Immanuel Kant nat. d. 22. April 1724. obiit d. 12. Febr. 1804.

Av. Currus triumphalis supranubius, duabus ululis ductus, in quo genius stat utraque manu facem lucentem stelligeram elevans. Inscr. Lucifugas domuit volucres et lumina sparsit.

Num. sesquipollicare argenteum mihi est. Ind. 178.

238. Alterum. Adv. Effigies, infra quam: Abramson. Inscr. Imanuel Kant. Nat. 1724.

Av. Minerva sedens ululae volanti digito altitudinem indicat, quam attingere possit. Inscr. Altius volantem arcuit. Exerg. Denatus 1804.

Num. $1\frac{7}{12}$ pollicare argenteum mihi est. Ind. 179.

239. Tertium. Adv. Effigies, infra quam $\frac{A}{S}$ (Abramson). Inscr. Emanuel Kant.

Av. Turris alta, a qua filum pendet, cuiusque ad basin sphinx conspicitur. Inscr. Perscrutatis fundamentis stabilitur veritas. Exerg. Nat. 1723. (sic!)

Num. $1\frac{7}{12}$ pollicare argenteum mihi est. Ind. 180.

CXLIV. Karsten (Ditericus Ludovicus Gustavus), Regi a Consiliis status, Mineralogus summus, n. Buetzovii 1768. d. 5. Aprilis prae-

matura morte omnibus bonis flebilis occidit Berolini d. Maji 25. 1810.

240. Iconisma ferro fusum 3⅓ pollicare effigiem similem sistens mihi est.

CXLV. Kaufmann (Balthasar), cuius scriptum pharmaceutico-chemicum 1666 editum in Halleri Bibl. Med. Pract. III. p. 199. refertur.

241. Adv. Effigies. Inscr. Balth. Kaufmann Ch(irurgus) et Chymic9 Aet. 35.

Av. Emblemata alchymistica: Litteris hebr. Jehovah. Arbores variae, Leo, Aquila, porta clausa litteris G. L. notata, sepimentum, hortulus, mare etc. Inscr. Arcte rubra alba teguntur.

Num. sesquipollicare apud Imhof. I. 2. p. 801. n. 1. describitur.

CLXVI. Klainmulher (Joannes) Medicus obscurus, cuius memoria numismate egregio servatur.

242. Adv. Effigies, ad cuius latera: 1527. Inscr. Johan. Klainmulher. Der. Erczney. Doctor. Augustan. Im. Alter. 54.

Num. 3⅚ pollicare (Moehsen Meds. 1. p. 41. depictum, Ind. 181.) metallo composito fusum mihi est. Apud Cel. Oberthür p. 67. n. 284. Kleinmuther vocatur, suo vero specimine benevole mecum communicato, illud nonnisi sphalma typographicum esse vidi.

CLXVII. Klaproth (Martinus Henricus) Chemicus illustris, indefessus, verissimus. Natus Wernigerodae 1743. denatus 1817. Berolini, cuius decus fuit, erit.

243. Iconisma ferro fusum, fere tripollicare, effigiem simillimam sistens mihi est.

CLXVIII. Knape (Christophorus) Vir eximius, Anatomicus summus, Medicinam forensem, quam vocant et Politiam medicam singulari amore fovens et augens, Collega dilectissimus, quem Deus longissime incolumem servet.

244. Adv. Effigies simillima, infra quam: G. Loos Dir. C. Voigt Fec. Inscr. Christoph.

Knape Med. Prof. Meritiss. Nat. d. 26. M. Dec. 1747.

Av. Aesculapius et Themis manibus junctis. Inscr. Utriusque favore inclaruit. Exerg. L. Ann. Doct. 6. Dec. 1823.

Num. $1\frac{5}{7}$ pollicare argenteum mihi est. Ind. 183. cum icone.

245. Iconisma ferro fusum $3\frac{1}{4}$ pollicare effigiem amici simillimam sistens mihi est.

CLXIX. Kniphof (Joannes Hieronymus) Medicinae Professor Erfurti n. 1704. d. 1763.

246. Adv. Effigies. Inscr. D. Jo. Hieron. Kniphof. Anat. Ch. et Bot. R. P. F. M. A. O. S. R. I. A. N. C. C. p. t. Decan.

Av. Hortus Botanicus. Inscr. Nascitur hic mirae fertilitatis honos. Exerg. De felici nominali d. 24. Juni 1748. gratulatur I. H. W(erner).

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare Mazz. 2. p. 353. Tab. 187. n. 2. Moehs. Meds. 1. p. 241. depict. Ind. 184.

247. Alterum. Adv. Effigies, infra quam: W(erner). F. Inscr. D. Joh. Hieron. Kniphof.

Av. Hygaea coram ara, cui pileus Doctoralis et sceptra academica imposita sunt. Inscr. Facult. Med. Sen. et As. Path. et Prax. P. P. O. S. R. I. A. N. C. Adj. et Bibl. Exerg. Rect. Univ. Erfurt. II. elect. d. 14. Jul. 1762.

Num. $1\frac{3}{8}$ pollicare rarissimum (Moehsen Meds. 1. p. 249. depictum, Ind. 185.) argenteum in Numophylacio regio vidi.

CLXX. Konerdingk (Theodorus) Medicus, cuius fata me fugiunt.

248. Adv. Effigies. Inscr. Theodorus Konerdingk. Ph. et Med. D. Aetat. 28. anno 1639.

Iconisma unilaterale, bipollicare, argenteum, incisum (verum argyrographon) elegantissimum cel. P. Fr. Roeding dono dedit.

(Dedit mihi quoque argyrographon mulieris ornatae effigiem sistens, forsan Konerdingii sponsae, aeque magnum scilicet, eo-

dem certe artifice incisum, cum inscriptione; Dorothea Engelbrechts Aetat. suae 21. anno 1639.

CLXXI. Lagrange (Josephus Ludovicus) Mathematicus et Physicus illustris.

249. Adv. Effigies, infra quam: Donadio F. Inscr. Joseph Louis Lagrange.

Av. Né à Turin le 25. Janvier 1736. Mort à Paris le 10. Avril 1813.

Num. sesquipollicare aeneum mihi est. Ind. 187.

CLXXII. Lalande (Josephus Hieronymus le François de) Astronomus celeberrimus, denatus Parisiis 1807.

250. Adv. Effigies, infra quam: Gatteaux F. Inscr. Jos. Hier. le François de Lalande, N. Burgi 1732.

Av. Astronomo et Civi societas litteraria Burgensis 1783.

Num. sesquipollicare aeneum mihi est.

251. Adversa prioris.

Av. Academiae Reg. Scient. Paris. Astronomus. Acad. Londin. Berolin. Petrop. Holmi. Hafniens. Roter. Bruxel. Gotting. Dublin. Edimb. Bonon. Florent. Rom. Patav. Mant. Taurin. Bostoniensis Monspel. Tolos. etc. Socius 1787.

Num. sesquipollicare (Ind. 188.) aeneum mihi est.

CLXXIII. Lanthois (Stephanus) Medicus Parisiensis, auctor libri de phthisi pulmonali. Ed. 3. Paris. 1822. 8.

252. Adv. Effigies, infra quam: N. P. Tiolier F. Inscr. Etienne Lanthois Bienfaiteur de l'humanité.

Av. Ara, cui patera imposita, qua serpens bibit Aesculapii baculo circumvolutus. Ad dextram: palmae folium; ad sinistram: sertum. Inscr. Hygie et la reconnoissance l'ont decernée. Exerg. Offerte par F. I. Belanger 7bre 1817.

Num. $1\frac{2}{3}$ pollicare (in fronte libri dicti depictum, Ind. 189.) aeneum mihi est.

CLXXIV. Lanzoni (Josephus) Medicinae Professor Ferrariensis, doctissimus, cel. n. 1663. d. 1730.

253. Adv. Effigies a dextra. Inscr. Josephus Lanzonus.

Av. Hygaea tripudians.

Num. $3\frac{1}{4}$ pollicare (Mazz. 2. p. 279. tab. 167. n. 2. — Ind. 190.) Lanzono vivo percussum.

254. Alterum. Adv. Effigies a facie. Inscr. Josephus Lanzonus.

Av. Genius librum sedulo pervolvens; circumcirca baculus Aesculapii, flores, caput sphingis cuius os digito clausum, lyra, tibiae. Inscr. Sanat, docet, delectat.

Num. $3\frac{1}{4}$ pollicare (Mazz. l. c. n. 3. Ind. 191.) Lanzono defuncto curatum.

CLXXV. Laub (Georgius) Medicus Augustanus, de cuius laudibus Bruckerum (in vita Occonum p. 23.) conferas. Natus 1554. d. 1597.

255. Adv. Effigies. Inscr. Georgius Laub. Aug. Ph. ed. Med. Doctor. Aet. su. 34. an. 1587.

Av. Palma, quam vir prosternere conatur. Inscr. Vim vincit virtus.

Num. ovale $1\frac{2}{3}$ pollicare plumbo fusum apud Goetzium vidi. Ind. 192.

CLXXVI. Lavater (Joannes Casparus) Operum Physiognomicorum auctor, quibus ut ut nimiis carere nolles.

256. Adv. Effigies, infra quam: Boltsch (auser). Inscr. Johann Caspar Lavater.

Av. Sertum laurinum verba continens: Geboren den 15. Novem. 1741.

Num. $1\frac{1}{3}$ pollicare (Haller n. 241. Hausch. n. 466. Ind. 193.) argenteum mihi est.

257. Adv. eadem sistens pistillo tamen novo percussum, litteris maioribus.

Av. Verba (absque serto): Gebohren den 15. Novemb. 1741.

Num. aeque magnum Haller. n. 242. — Idem

etiam n. 240. tertiam aversam habet (Pyramidem in petra mari circumdata, cum inscr. Rectus et immotus), hanc tamen nunquam perfectam esse credit.

258. Adv. Effigies, infra quam Levèque F. Inscr. Joh. Casparus Lavater.

Av. Natus Turici Helvetiorum an. 1741. obiit an 1801. — Series numismatica universalis Virorum illustrium. 1818. Parisiis. Durand edidit.

Num. sesquipollicare (Ind. 194.) aeneum mihi est.

CLXXVII. Lavoisier (Antonius Laurentius) Chemicus illustris, cuiusque vis in omnes Medicinae partes summa fuit. Vir integerrimus, innocentissima revolutionis Gallicae victima, 1794. decollatus.

259. Adv. Effigies, infra quam: Andrieu F. Inscr. Ant. Laur. Lavoisier.

Av. L'an. 8. Ph. Gengembre essayait de perfectionner les monnaies. Inscr. marginalis (incisa): Republique française.

Ipso in margine inscr. incisa: A la patrie. Aux sciences.

Num. pollicare aeneum mihi est. In Hist. metall. Napol. Tab. 4. n. 186. in aversa l'an. 9. legitur, et utraque inscriptio incisa omissa est.

260. Adv. Effigies, infra quam: Caqué. F. Inscr. A. Laurent Lavoisier.

Av. Né à Paris en 1743. mort en 1794. — Galerie métallique des grands hommes français. 1821.

Num. sesquipollicare argenteum mihi est. Ind. 195.

CLXXVIII. Leeuwenhoek (Antonius) Naturae scrutator ardentissimus, microscopio tamen, quo semper utebatur, bene utí nescius. Delphis n. 1632. d. 1723.

261. Adv. Effigies. Inscr. Ant. Leeuwenhoek Reg. Societ. Angl. Membr.

Av. In fundo urbs Delphae, ab anteriore parte flores et alveus apibus circumvolitantibus. Exerg. In tenui labor at tenuis non gloria. (Virg. 4. Georg. litteris incisis).

Num. duos pollices linea superans, caelatum (van Loon IV. p. 279. depictum, Ind. 196.) argenteum mihi est.

CLXXIX. Lehmann (Joannes Gottlob) Chemicus egregius, olim Academiae Berolinensis, denatus Petropoli 1767.

262. Adv. Britannia Mercurio coronam offert, qualem etiam Minerva ei imponit. Inscr. Arts and Commerce promoted. Exerg. The London society 1758.

Av. Sertum laurinum, in quo verba: For the best essay on cobalt 1759. Inscr. To John Gottlob Lehmann M. D. Infra n. VIII.

Num. $1\frac{5}{8}$ pollicaris descriptionem cel. Augustin mecum communicavit. Ind. 197.

CLXXX. Leibnitz (Godofredus Guilelmus L. B. de) Philosophus summus, vastissimique ingenii Polyhistor, Academiae Berolinensis Praeses olim dignissimus.

263. Adv. Gottfr. Wilh. Baro de Leibnitz. Sapere aude.

Av. Societas Alethophilorum ab Ern. Chr. S. R. I. Com. de Manteuffel instituta 1736.

Numismatis hanc descriptionem Kundmann Gel. n. 423. habet. Ind. 198.

264. Adv. Effigies, infra quam: Wolff F. Inscr. G. Godofredus Leibnitz.

Av. Natus Lipsiae an. 1646. obiit an. 1716. — Series numismatica universalis virorum illustrium. 1823. Durand edidit.

Num. sesquipollicare aeneum mihi est.

CLXXXI. Leidenfrost (Joannes Gottlob) Professor Duisburgensis, Medicus et Philosophus, quem maximi facio. N. 1715. d. 1794.

265. Adv. Effigies infra quam: Stierle. Inscr. Joh. Gottlob Leidenfrost.

Av.

Av. Hygaea sacrificans. Inscr. Senatus Acad. Duisb Optimo Seni. Exerg. Muneris gesti semisaecularia sacra die 14. Sept. 1793.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare argenteum mihi est. Ind. 199.

CLXXXII. Leoni (Dominico de) ab anno 1559 ad 1588. Medicinae Professor Bononiensis.

266. Adv. Effigies, cuius pone caput stella sistitur. Inscr. Dominicus de Leonibus.

Av. Hydria basi imposita. Inscr. XIC. est vasus amoris.

Num. sesquipollicare. Mazz. 1. p. 422. tab. 95. n. 3. Ind. 200.

CLXXXIII. Lichtenberg (Georgius Christophorus) Vir ingeniosissimus, Physices Professor Gottingensis meritissimus. N. 1744. d. 1799.

267. Iconisma ferro fusum tripollicare cel. viri effigiem sistens mihi est. Ind. 201.

CLXXXIV. Lieberkühn (Joannes Nathanael) Berolinensis, n. 1711. d. 1758. Anatomicus excellentissimus, artem vasa injiciendi ad summum gradum evexit.

268. Iconisma 4-5 pollicare, secundum Glume (ceram) metallo composito fusum et deauratum, adversa cel. viri effigiem, aversa inscriptionem incisam sistens, vidi. Haec Moehsenium illud fieri curasse testatur, qui (Meds. 2. p. 576. obiter refert. Ind. 202.

In subhastatione numismatum collectionis Frenzelianae hoc anno Berolini habita triginta septem taleris (a quo nescio) emtum fuit.

CLXXXV. Linnaeus (Carolus), dein von Linné, Naturae scrutatorum stella polaris orta d. 13. Maji M. 1707. occidit d. 10. Ianuarii M. 1778.

269. Adv. Effigies, infra quam D. F(ehrmann) Inscr. Carol. Linnaeus M. D. Bot. Prof. Ups. aet. 39.

Av. Carolo Gustavo Tessin et immortalitati effigiem Caroli Linnaei Cl. Ekeblad. And. Höpken. N. Palmstierna et C. Hârleman dic, 1746.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare (Mazz. 2. p. 348. Tab. 186. n. 4. Koehler 18. p. 25. Moehsen Meds. 1. p. 225. Linn. Biogr. Tab. 3. F. 1. Ind. 203.) argenteum apud Goetzium vidi.

270. Alterum. Adv. Effigies, infra quam D. F(ehrman). Inscr. C. Linnaeus Equ. Aur. Archiat. et Prof. Ups.

Av. area ingeniosissima: Sol radios mittit in tres coronas, Sueciae insignia, quae autem curatius inspectae tria naturae regna sistunt. Inscr. Illustrat.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare (Moehsen Meds. 1. p. 217. Biogr. Tab. 3. Fig. 2. Ind. 204.) argenteum mihi est.

271. Tertium. Adv. prioris.

Av. Insignia Reg. Academiae Scientiarum.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare rarissimum, quod praemii loco 1764. inserviit. Biogr. fol. penult.

272. Quartum. Adv. Effigies, infra quam: Ljungberger. Inscr. Carolus Linnaeus Arch. Reg. Equ. Auratus.

Av. Natura moesta circumdata animalibus, ad eius pedes Linnaea etc. Inscr. Deam luctus angit amissi. Exerg. Post obitum Upsaliae d. 10. Jan. 1778. Rege iubente.

Num. bipollicare (Biogr. Tab. 3. Fig. 3. Ind. 205.) argentenm mihi est.

273. Quintum. Adv. num. secundi. n. 270.

Av. Natalium memoriae seculari d. 24. Maji 1807. Institutum Linnaeanum Upsaliense.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare (Biogr. Tab. 3. Fig. 4.) argenteum mihi est.

274. Sextum. Adv. Effigies, infra quam: Dubois F. Inscr. Carolus Linnaeus.

Av. Natus Smolandiae (sic) an 1707. Obiit Upsaliae an 1778. — Series numismatica universalis virorum illustrium. 1822. Durand edidit.

Num. sesquipollicare aeneum mihi est. Ind. 206.

275. Septimum. Adv. Effigies, infra quam: Dubois F. Inscr. Carolus Linnaeus. (Est

effigies num. praecedentis, fere capillatura tantum mutata.)

Av. Natus Roeshultae in Suecia an. 1707. obiit an 1778. Series numismatica universalis virorum illustrium. 1818. Parisiis. Durand edidit.

Num. sesquipollicare (Biogr. Tab. 3. Fig. 5.) cuius adversa mihi est in argento, artificis Gallici nomen retinuit, a quo plurima desumsit, sed in Suecia percussum.

276. Octavum. Adv. Effigies. Inscr. Carolus Linnaeus.

Num. $1\frac{1}{3}$ pollicare, unilaterale, teste Biographia Linnaei (ubi Tab. 3. Fig. 6. delin.) in Anglia factum est, et quidem (quod ipse addo) secundum iconem notissimam, quae absonam illam inscriptionem habet: Deus creavit, Linnaeus disposuit.

277. Nonum. Iconisma tripollicare, ovale, ferro fusum secundum eandem iconem factum mihi est.

278. Decimum. Iconisma $3\frac{1}{2}$ pollicare, rotundum consimile (capillatura tamen diversa) ferro fusum mihi est. Ind. 207.

CLXXXVI. Lock (Joannes), vulgo Locke dictus, scriptis philosophicis clarus.

279. Adv. Effigies a facie. Inscr. Joannes Locke.

Av. Libertas pileum, Ratio librum tenentes sarcophago insident, quarum ad pedes genius in libro aliquid demonstrat; circa eundem, quae ad ludos infantum faciunt. Ad latus: J. D(assier). In Exergo: M. 1707.

Num. egregium $1\frac{7}{12}$ pollicare (Mazz. 2. p. 193. Tab. 147. n. 6. Moehsen Meds. 1. p. 337. Snelling tab. 26. n. 5. Ind. 208.) aeneum mihi est.

280. Alterum. Adv. Effigies a dextra, infra quam: Jac. Roettjers. Inscr. Joannes Lock.

Av. Mens habitat molem. Virg. Georg. — 1739.

Num. bipollicare (Hauschild n. 487. Ind. 209.) argenteum in Numophylacio Regio vidi.

281. Tertium. Adv. Effigies a dextra. Inscr. Joannes Locke.

Av. Natus Wringtoni prope Bristolium in Anglia an 1632. obiit an. 1704. — Series numismatica virorum illustrium. 1819. Durand edidit.

Num. sesquipollicare aeneum mihi est. Ind. 210.

282. Quartum: Idem Monachii (quae vox ipso in margine legitur) percussum. Ind. 211.

CLXXXVII. Lorme (Charles de) Archiater gallicus n. 1584. d. 1678.

283. Adv. Effigies, infra quam: Ab. Dupré. Inscr. Carol. de Lorme Reg. Cons. et Med. Ordinarior Prim. aet. 41.

Num. $1\frac{7}{8}$ pollicare unilaterale (Moehsen Meds. 1. p. 369. depictum) argenteum in Numophylacio Regio vidi. Ind. 212. Idem in Catalogo Burckhardiano T. 2. p. 640. n. 1792. aeneum refertur, sed aetatis anno 47.

284. Alterum. Adv. Effigies. Inscr. Carol. de Lorme Reg. Cons. et Med. Ordinarior. Prim. aet. 43. 1628.

Av. Mare tumidum, in quo currus Neptuni eversus conspicitur, eminus: Naves velis passis, ad litus maris rupes, super qua Mortuus supinus jacet, cui adstant mulier manibus expansis et Aesculapius cum baculo, cui serpens obvolutus. Inscr. Diis Geniti potuere.

Num. oblongum, aeneum, Thott 2. p. 173. n. 1518. refert.

CLXXXVIII. Lutherus (Paulus) Medicus, immortalis nostri Reformatoris filius.

285. Adv. Effigies Patris. Inscr. D. Mart. Lutherus. Aet. 60.

Av. Effigies Filii. Inscr. P. L. D. M. (Paulus Luther Doct. Med.) aetatis 42. an. 1573.

Num. fusum sesquipollicare (Juncker p. 255. V. Mieris III. p. 132. n. 5. Moehsen

Meds. 2. Tab. 1. Fig. 1.) argenteum in numophylacio Regio vidi. Ind. 213.

(Duorum numismatum areae adversae ceterum hic conjunctae sunt, Paulus enim Patre moriente annum decimum tertium egit.)

CLXXXIX. Madai (Davides Samuel a) Medicus et Numismaticus cel. Halensis n. 1709. d. 1780.

286. Adv. Effigies, sub qua: F. W. Wermuth. Inscr. Dav. Sam. a Madai Hung(arus). Consil. Aul. et Archiat. Princ. Anhalt. C(oth).

Av. Viro arte medica candore in amicos meritis in rem numariam excellenti hoc amicitiae monimentum dicat J. A(ugustus) a P(onikau). 1773.

Num. $1\frac{7}{12}$ pollicare (in fronte catalogi collectionis numismaticae cel. viri delineatum. Ind. 214.) argenteum mihi est, donum cl. a Madai filii, quod Numismaticus meritissimus cel. Zepernick benevole mecum communicavit.

CXC. Major (Joannes Daniel), Professor Kiloniensis, qui varia ad artem nostram facientia scripsit, multo plura promisit. N. 1634. d. 1693.

287. Adv. Fama insidens globo, litteras continente: J(oannes) D(aniel) M(ajor) 1688. Inscr. In Cimbrici Musei Memoriam.

Av. Aedes Museum Gottorpiense significantes, variis cum emblematibus. Inscr. Protectio. Techne. Antiquitas. Physica.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare, Tenzel's Monatl. Unterred. December 1697. p. 1005. et Koehler XII. p. 89. delineatum, cum Major idem non solum invenerit, sed nomine suo notaverit, omittere nolui.

CXCI. Malesherbes (Christianus Guilelmus Lamoignon) Jurisconsultus, Ludovici XVI. nobilissimus defensor, Parisiis natus 1721, 1793 decollatus. Varia historiam naturalem spectantia, praesertim observantiones in Buffonii opera scripsit.

288. Adv. Effigies, infra quam: Galle f. Inscr. C. G. Lamoignon Malesherbes.

Av. Né à Paris en 1721. mort en 1793. Galerie metallique des grands hommes français. 1819.

Num. sesquipollicare aeneum mihi est.

CXCII. Malpighius (Marcellus) Naturae scrutator egregius, de Anatomia comparata tam vegetabili quam animali et Physiologia optime meritus. N. 1628. d. 1694.

289. Adv. Effigies, infra quam: aet. ann. 63. Inscr. Marcellus. Malpighius. Phil. Et. Med. Bon.

Av. Mulier supra cubum (cui verba stat solido duabus lineis incisa sunt) cubans plantas sollerter examinat. Inscr. Tutissimo lumine exhibito. Exerg. Bonon.

Num. $3\frac{1}{6}$ pollicare, quod Bononienses in civis vivi honorem percudi curarunt (Mazz. 2. p. 165. tab. 140. n. 5. Ind. 215.) aeneum mihi est.

290. Alterum. Adv. Effigies, infra quam: S. U. (St. Urbain). Inscr. Marcellus Malpighius Bonon. Phil. et Med. Colleg.

Av. Figura et inscriptio prioris, sed verba: stat solido, uti reliqua, litteris elevatis neque incisis, unaque linea habentur. Exerg. 1693.

Num. valde egregium $1\frac{1}{4}$ pollicare (Koehler 12. p. 393. delin. Ind. 216.) aeneum mihi est.

De tertio numismate, quo Malpighius cum Baglivo sistitur, conf. n. 24.

CXCIII. Manna (Petrus) Medicus seculi decimi sexti.

291. Adv. Effigies. Inscr. Petrus Manna Medicus Cremon.

Av. Duo viri sedentes, quorum alter docere, doceri alter videtur.

Num. sesquipollicare Mazz. 1. p. 387. tab. 87. n. 4. Ind. 217.

CXCIV. Manzi (Joannes Galateus) Professor Bononiensis. Ab anno 1669. Anatomen docuit.

292. Adv. Effigies. Inscr. Jo. Galateus Manzi Phil. et Med. Doc. Coll. Anat. Lec. Pub.

Av. Zodiaci pars ambit tres fluvios Padum, Arnum et Tiberim. Inscr. Uno tegi passus Olympo. Exerg. Bonon.

Num. $2\frac{1}{4}$ pollicare Mazz. 2. p. 96. tab. 122. n. 3. Ind. 218.

CXCV. Marggraf (Andreas Sigismundus) Chemicus celeberr. d. 1782.

293. Adv. Effigies, infra quam: Abramson. Inscr. Andr. Sigism. Marggraf.

Av. Apparatus chemicus. Inscr. Ignibus abdita rerum scrutator. Exerg. Natus 1709.

Num. $1\frac{3}{4}$ pollicare (Hauschild n. 547. Ind. 219.) argenteum mihi est.

CXCVII. Marsili (Aloysius Ferdinandus, Comes,) Naturae scrutator, Auctor Danubii Pannonico-Mysici etc. d. 1730.

294. Adv. Effigies, Inscr. Aloysius Ferdinandus Com. Marsilius.

Av. Sol. Bononiam illustrans. Inscr. Nihil mihi. Exerg. Bonon. Scient. Acad. socio et Maecenati opt. anno S. 1731.

Num. $2\frac{1}{6}$ pollicare (Mazz. 2. p. 284. Tab. 169. n. 2. Ind. 220.) apud Goetzium vidi.

CXCVIII. Martini (Frid. Henr. Guilielmus) n. 1729. d. 1778. Naturae scrutator indefessus, ipse et Societatis Naturae Scrutatorum Berolinensis fundator.

295. Adv. Effigies, infra quam: Abr(amson). Inscr. F. H. W. Martini M. D.

Av. Liber apertus, in quo verbum Natura legitur, cubo impositus. Inscr. Dem Stifter d. Gesellsch. Naturforschend. Freunde. Exerg. Geb. 1729.

Num. $1\frac{7}{12}$ pollicare argenteum mihi est. Ind. 221. (In J. Aug. Ephr. Goeze libro: Denkmal der Freundschaft Martini an seinem 48sten Geburtstag gestiftet. Berlin (1777.) 8.

numisma in Martinii honorem a Spenero inventum depingitur, nunquam percussum.)

CXCIX. Martinio (Joannes Franciscus) Medicus Mediolanensis, qui anno 1552 quaedam Hippocratis capita commentatus est.

296. Adv. Effigies. Inscr. Jo. Franc. Martinio Mediolan. Medicus.

Av. Effigies Aristotelis, in cuius mitra verbum φιλελλην. Inscr. Ἑλλαδος σωθεισης δωρον.

Num. $1\frac{7}{12}$ pollicare Mazz. 1. p. 261. tab. 58. n. 1. Moehsen Meds. 1. p. 113. delin. Ind. 222.

CC. Massa (Nicolaus) Venetus, Medicus et Anatomicus seculi decimi sexti celeberrimus, cui monimentum sepulcrale 1569 positum est.

297. Adv. Effigies. Inscr. litteris incisis: Nicolaus Massa.

Num. unilaterale, bipollicare, metallo composito fusum, mihi est, Venetiis comparatum.

CCI. Matthiolus (Petrus Andreas) Senensis, Dioscoridis commentator laudatissimus. N. circa annum 1500. d. 1577.

298. Adv. Effigies, sub qua: 1565. Inscr. Petri Andreae Matthioli effigies.

Av. Annulus per quem bipennis et fax accensa decussatim ductae, circa haec fascia, cui verba inscripta sunt: che ne foco ne ferro a virtu nuoce. (Similem inscriptionem, neque ferrum neque ignem nocere, in icone cl. viri reperi.)

Num. plumbo fusum, sesquipollicare, cel. Oberthür, a se p. 83. n. 355. relatum, quod describerem, benevole mecum communicavit.

CCII. Mattuschka (Henricus Godofredus, Comes de) Floram Silesiacam 1777 et 78. edidit.

299. Adv. Effigies, infra quam: Koenig. Inscr. H. G. C. M. L. B. D. S. Et T. S. C. W. C. O. S. R. M. S. N. S. B. Et S. Oe. W. A. A. F. P. D. in P. (Litterae initiales nominis et titulorum.)

Av. Obeliscus, cui Linnaea circumvoluta et in quo verbum: immortali. Ante illum sarcophagus, ad cuius dextram mulier ecclipsin lunae telescopio utens observat, ad sinistram mulier lacrymas fundens librumque tenens, in quo legitur: Flor. Sil. Inscr Dolemus. Exerg. Eclip. Lun. d. Sep. Ej. 23. Nov. 1779. F. F. F. F.

Num. $1\frac{3}{4}$ pollicare argenteum mihi est. Hauschild p. 67. n. 514. sarcophago: nat. 27. Febr. 1734. den. 19. Febr. 1779. inscriptum esse refert, an forsan incisum? In meo saltem specimine illa verba desiderantur. Ind. 223.

CCIII. Maupertuis (Petrus Ludovicus Moreau de) Astronomus laudatissimus, idem magnam ob ambitionem saepe derisus, natus 1698. d. 1759.

300. Adv. Effigies, infra quam: Georgi. Inscr. Petr. Lud. Moreau de Maupertuis.

Av. Vir rheda vehens a tarando tracta. Inscr. Extra anni solisque vias.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare (Mazz. 2. p. 394. tab. 198. n. 8. Spieſs III. 177. Ind. 224.) argenteum mihi est.

CCIV. Mauvillain (Jean Armand de) Medicus Parisiensis, de quo Eloy T. III. p. 198 conferatur.

301. Adv. Effigies, infra quam: 1668. Du Four. Inscr. Ioan. Arm. de Mauvillain Doyen.

Av. Polyphemus Ulysse victus. Inscr. Vero lumine coecat. (Allusio ad Franciscum Blondel, Decanum, luscum, a se in lite victum.)

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare (Moehsen Meds. 1. p. 385. delin. Ind. 225.) aeneum mihi est.

CCV. Mayer (Christianus) Astronomus celeber.

302. Adv. Effigies. Inscr. Christian Mayer S. El. Pal. Bav. Astronom. et Prof. Astr. Heid (elbergens.).

Av. Stella, sub qua Inscr. Auspice Deo et Carolo Theodoro Elector. Palat. Bavar. Nova in coelo sidereo phaenomena 1777 Mannhemii detexit, Motui Fixarum proprio, parallaxi earum et novis planetis satellitibusque inveniendis maxime idonea. Exerg. Ob. d. 16. Apr. 1783. Ann. aet. 64. Infra: Boltschaus (er) F.

Num. $1\frac{7}{12}$ pollicare: Lengnich Merkw. n. 376. (cuius descriptionem tradidi), Hauschild n. 562.

CCVI. Mayerne (Theodorus Turquet s. Turquius de) natus Genevae 1573. d. Chelseae 1655. Iacobi I., Caroli I. et II. Archiater; Henrici quarti, Galliae Regis Archiater non fuit, de quo Eloy conferatur.

303. Adv. Effigies. Inscr. Th. de. Mayerne. Eq. Aur. Baro M. Bnae. 4 Reg. Gal. Et. Angl. Archiaos.

Av. Sphaera alata basi cubicae imposita ferens figuram alchymisticam, super quam serpens caudam ore tenens. In summo: biretum Doctorale. Inscr. Non. Haec. Sine. Numine.

Num. $3\frac{1}{3}$ pollicare depictum: Engl. Medals Tab. 19. n. 4. (Snelling tab. 13. n. 4.) Lengnich N. Nachr. I. 2. p. 162. n. 51.

CCVII. Mazet Medicus Parisiensis, qui cum collegis, Audouard, Victore Bally, François et Stephano Pariset (cuius numisma n. 347. dicetur) Barcinonam febri flava contaminatam petierunt, quo huius indolem sibi magis cognitam redderent. Mazet nobilissimi propositi victima fuit, reliqui salvi redierunt.

304. Adv. Urbs in quam genius malevolus supervolans vas pestiferum effundit; aeger morbo prostratus, cui ab altera parte religio, dea salus ab altera succurrunt. Inscr. Pietas Gallica. Exerg. saeviente in Barcinonam pestilentia 1821. Gayrard inv.

Av. V. Viri. medici. quorum. primus. occubuit. Mazet. Pariset. Bally. François. Audouard. — Sancti. Moniales. II. Sancto. Camillo. Devotae. — Ludovici XVIII. Regni ann. 28. Inscr. Morte. venalem. petiere. palmam.

Num. $1\frac{3}{4}$ pollicare argenteum mihi est. Ind. 226.

CCVIII. Mead (Richardus) Medicus celeberrimus, Angliae Decus.

305. Adv. Effigies, infra quam: L. Pingo F. Inscr. Richardus Mead, Med. Reg. Et S. R. S.

Av. Infans serpentem utrinque utraque manu tenens; a suprema nummi parte: Sol et Luna. Inscr. Labor est angues superare. Exerg. Insignia cum inscr. N. Aug. 11. 1673. O. F. 16. 1754.

Num. sesquipollicare, egregium, ad ill. viri opera alludens, aeneum mihi est. Ind. 227.

CCIX. Melanderhjelm (Daniel af) antea Melander, Physicus et Astronomus cel.

306. Adv. Effigies, infra quam: C. E. Inscr. D. Melanderhjelm Equ. Aur. R. Canc. Cons. Prof. Ups. Emer.

Av. Urania. Inscr. Vetat mori. Exerg. Secretario suo digniss. abeunti Acad. R. Sc. Stock 1803.

Num. sesquipollicare argenteum mihi est. Ind. 228.

CCX. Mellerstat (Martin Pollich von) Med. Iuris, tandem etiam Theologiae Doctor, Medicinae Professor, Universitatisque Wittembergensis primus Rector. Pollich quidem proprie audiisse videtur, sed mihi est Anatomia Mundini ab eodem (s. a.) edita, cuius in titulo se Doctorem Mellerstat, uti sub praefatione Martinum Mellerstat vocat.

307. Adv. Effigies. Inscr. M. P. I. U. D. (Martinus Pollich Iuris Utriusque Doctor) aetatis suae 46.

Av. Insignia. Inscr. Schlech und gerecht behüte mich.

Numismati parvi sed insequente maioris descriptionem cel. Erbsteinio debeo. Ind. 229.

308. Alterum. Adv. Ex Albo Monte Sapientiam mutuabitur universus orbis. Inscr. Inaug. D. 18. Oct. a. 1502. Rectore Martino Pollichio Mellerstadio.

Av. Academiae Wittembergensi 200 annos florenti sacrum. Anno Iubilaei 1702.

Num. pollicare Moehsen Meds. 2. Tab. 1. n. 3. depictum. Ind. 230.

CCXI. Menabeni (Apollonius) Philosophus et Medicus Mediolanensis sub finem seculi decimi sexti floruit.

309. Adv. Effigies. Inscr. Apollonius Menabenus Doct. Physicus.

Av. Vir pedem leonis sedentis (forsan vulneratum examinando) attrectat. Inscr. Cum Exultatione. Metet. 1591.

Num. $1\frac{3}{4}$ pollicare (Mazz. 1. p. 414. tab. 93. n. 4.) in Numophylacio Regio argenteum, sed unilaterale (absque aversa) vidi. Ind. 231.

CCXII. Mendelssohn (Moses) Psychologus ideoque Physiologus, d. Berolini 1786.

310. Adv. Effigies, infra quam: I. Abraham et F. Inscr. Moses Mendelssohn.

Av. Cranium humanum cuius vertici papilio insidet. Inscr. Phaedon. (Auctoris opus egregium de animae immortalitate). Exerg. Natus 1729.

Num. $1\frac{7}{12}$ pollicare (Spieſs V. 101. depictum, Ind. 232.) argenteum mihi est.

CCXIII. Meyer (Ioannes Carolus Henricus) Anatomicus et Physiologus eximius, amicus probatissimus, n. 1767. Jul. 2. Filius Ioannis Caroli Friderici Meyer, pariter amici virique cordati, Pharmacopolae quondam Sedinensis, Botanici et Chemici egregii, nati Oct. 17. 1739. denati Febr. 20. 1811.

311. Adv. Effigies, infra quam: I. C. H. Inscr. Heinr. Meyer, Doct. d. Heilk. Ritt. d. eis. Kreuzes.

Av. Andenken an Daniel Loos. Berlin 1819. quae verba serpente apicem caudae mordente cinguntur.

Num. sesquipollicare aeneum (Ind. 233.) mihi est.

312. Alterum. Adv. Effigies simillima, infra quam: G. Voigt. F. G. Loos. D. Inscr. Heinr. Meyer Doct. d. Heilk. Ritt. d. eis. Kreuzes.

Av. Ara cui patera imposita, ex qua serpens bibit baculo circumvolutus. Inscr. Andenken an D. Loos seinem hilfreichen Arzte. Exerg. 1819.

Num. sesquipollicare egregium, 1822 percussum, argenteum mihi est. Ind. 234.

313. Tertium. Iconisma ferro fusum $3\frac{1}{4}$ pollicare effigiem cel. viri eandem fere ac illam 312. (vultu nimis demisso) sistens mihi est. Ind. 235.

CCXIV. Moine (Antonius le) Medicus Parisiensis. d. 1714.

314. Adv. Effigies, infra quam: A. F. Inscr. Antonius le Moine. Decanus.

Av. Insignia Facultatis (conf. n. 30.). Inscr. Urbi et Orbi. Exerg. Fac. Med. Paris. 1678.

Num. pollicare (Moehsen Meds. 1. p. 393. depictum. Ind. 236.) aeneum mihi est.

CCXV. Moivre (Abrahamus de) Mathematicus et Astronomus, Newtoni familiaris, initio seculi decimi octavi obiit.

315. Adv. Effigies, infra quam: I. A. Dassier.

Av. Utriusque societatis regalis Lond. et Berol. sodalis. 1741.

Num. bipollicare, 1741. percussum (Mazz. 2. p. 363. tab. 188. n. 5. Snelling tab. 31. n. 5. Ind. 237.) aeneum mihi est.

CCXVI. Montgolfier (Iacobus Stephanus et

Iosephus) Fratres, quorum ille machinam aërostaticam suo nomine insignitam invenit (natus 1747. d. 1799.), hic (natus 1740. d. 1810.) fratrem adiuvit. *)

316. Adv. Effigies fratrum, infra quas: N. Gatteaux. Inscr. Iose. et Etien. Montgolfier. Pour avoir rendu l'air navigable.

Av. Machina aërostatica supra campum Martium Lutetiae Parisiorum inter nubes elevata. Exerg. Expérience du Champ de Mars, 27. Aoust 1783. en vertu d'une subscription sous la direction de M. Faujas St. Fond.

Num. sesquipollicare aeneum mihi est. Ind. 238.

317. Alterum. Adv. Duae machinae aërostaticae. Inscr. Audacia felix. Exerg. Aëra permearunt 21. Nov. L. F. Darlandes et F. Pilatre. 1. Dec. I. A. C. Charles et M. N. Robert anno 1783.

Av. Circulus stellis factus, verba continens: Patefacto per aera itinere a Iosepho et Stephano Montgolfier V. Iunii 1783. Rei memoriam posteritati tradi iussit Ludovicus XVI. anno 1784.

Num. bipollicare aeneum mihi est.

318. Tertium. Adv. Genius Leoni incumbens Machinam aërostaticam super Lugdunum adscendentem inspiciens tabulae rei memoriam mandat. Infra: N. Gatteaux F. Inscr. Que

---

*) Numismata in Montgolfierum fratrum, vel aliorum physicorum eos scientiae augendae caussa secutorum honorem percussa huius certe loci sunt, num autem aëronautae lucri caussa passim machinarum aërostaticarum ope adscendentes heic nominandi veniant, merito dubitatur.

Numismata Berolini duo cusa sunt: alterum in I. P. Blanchard, alterum in Andr. Jac. Garnerin et eius uxorem Ioannam Genovevam; praeter haec autem tria alia aliis locis in Blanchardi honorem percussa possideo, eorundemque forsan plurima dantur.

ne peut le Génie. Exerg. Médaille frapp. en vertu d'une subscript. faite à Lyon de M. Achet Ecuier Off. de Monsieur Frère du Roi.

Av. L'aërostat, Nommé Le De Flesselles De 100 P.is de D.tre Sur 118 de H.r S'est élevé à 1400 T.es Des Brotteaux à Lyon Monté Par M. M. Montgolfier L.ne Pilatre de Rosier Charles Prince de Ligne Les C.tes De Laurencin De La Porte D'Anglefort Le M.is De Dampiere Et M. Fontaine Le 19 I.er 1784.

Num. sesquipollicare aeneum mihi est. Omnia tria egregia.

CCXVII. Morand (Antonius) Medicus Parisiensis d. 1682. Aug. 12.

319. Adv. Effigies. Inscr. M. Antonius Morand Decanus.

Av. Insignia Facultatis Parisiensis (conf. n. 30). Exerg. Facul. Med. Paris. 1664.

Num. pollicare (Iectonus) Moehsen. Meds. 1. p. 376. depict. Ind. 239.

CCXVIII. Morand (Antonius Iohannes) praecedentis filius. Moehsenius l. c. eum d. 17. Octobris 1682 (eodem itaque anno ac patrem?) defunctum esse refert. Eloy et Biographia Medica Parisiensis utrumque, uti et insequentem tacent.

320. Adv. Effigies, infra quam: 1675. Inscr. Ioannes Morand Decanus.

Av. Insignia Facultatis, uti supra. — 1676.

Num. pollicare Moehsen Meds. 1. p. 885 et 405. descriptum et delineatum dedit. Ind. 240. Mihi numisma est, cuius area adversa eadem, aversa autem (commutatione sane lepida) hanc habet inscriptionem intra sertum: ob Carloregium bis obsidione liberatum. Haec ad Jectonum Ludovici XIV. pertinere ex catalogo Thottii (II. p. 135. n. 1098.) didici.

CCXIX. Moreau (Ioannes Baptista) Renati Filius, Medicus Parisiensis d. 1693.

321. Adv. Effigies, infra quam: G. H. 1664. Inscr. M. Io. Bapt. Moreau M. et Pr. R. Decano.

Av. Insignia Facultatis uti supra, sed absque anno.

Num. pollicare Moehsen Meds. 1. p. 385. descriptum et delineatum dedit. Ind. 241.

CCXX. Morgagni (Ioannes Baptista) Natus Forolivii Febr. 25. 1682. d. Dec. 5. 1771. Professor Patavinus. Quinquaginta novem annos docuit, de anatomia corporis humani, praesertim morbosi immortalem famam nactus.

322. Adv. Effigies, infra quam: Luckner. Inscr. I. B. Morgagnus Anatomicus aet. 90.

Av. Aesculapius cum Harpocrate; ad illius pedes libri quibus caput humanum incumbit ululam ferens. Inscr. Proximos occupavit honores. Exerg. 1771. F. B. F.

Num. $1\frac{3}{4}$ pollicare (App. Firm. p. 109. n. 108. Ind. 242.) cel. Oberthür (p. 88. n. 382.) quod describerem, benevole mecum communicavit.

323. Alterum. Adv. Effigies, infra quam: T. Mercandetti F. R. Inscr. Ioann. Baptista. Morgagni.

Av. Pallas altera manu sertum tenens, altera Genio Aesculapii baculum ferenti cultrum tradit, quo cadaver lecto incumbens secuit, ita ut cor et vasa conspici queant. Inscr. Saluti Scientia. Exerg. T. M. inv. et sculp. Romae 1808.

Num. $2\frac{1}{2}$ pollicare (praeter ideam pectus ita apertum sistendi) valde egregium, aeneum mihi est. Ind. 243.

CCXXI. Moscati (Petrus) Senex Mediolani adhucdum vivens. Scriptis forsan minus, quam institutionibus profuit.

324. Adv. Effigies, infra quam: I. Cossa f. 1819. Inscr. Pietro Moscati Medico Filosofo.

Av. Sertum laurinum verba continens: Dottrina ed amor di patria.

Num.

Num. $1\frac{5}{6}$ pollicare, egregium, aeneum mihi est. Ind. 244.

CCXXII. Mueller (Ioannes Casparus) Med. Doctor, Archiater Ernesti Augusti Constantini, Ducis Vinariensis. Natus Jenae 1675. d. 1753.

325. Numisma in cel. viri honorem percussum Erbsteinius in litteris ad me datis retulit, sed non descripsit. Ind. 244. b.

CCXXIII. Murray (Ioannes Andreas) n. Holmiae 1740. Professor Botanices Gottingensis d. 1791. Vir doctissimus, zelo tamen nimio nonnisi Linnaeana tolerans.

326. Iconisma Vratislaviae ferro fusum fere tripollicare, nomen et effigiem cl. viri sistens mihi est.

CCXXIV. Neefe s. Naevius (Casparus) Insequentis frater, Medicinae Professor Lipsiensis, 1579 denatus.

327. Adv. Effigies. Inscr. Caspar Naevius Medici. Doctor. aeta. 66. (1579. incis.)

Av. Effigies Uxoris. Inscr. Barbara Stromers D. C. N. Coniunx. aeta, 60. (1590. incis.)

Num. aureum $1\frac{1}{6}$ pollicare a Moehsenio in Prüfend. Gesellsch. zu Halle II. XI. p. 254. melius vero Meds. 1. p. 73. depictum. Conf. n. 331. — Ind. 246.

CCXXV. Neefe s. Naevius (Ioannes) praecedentis frater natu maior, Archiater Saxonicus, n. 1499.

328. Adv. Effigies. Inscr. Iohann Neefe Medicin. Doct.

Av. Insignia.

Num. $1\frac{3}{8}$ pollicare, argenteum, in Numophylacio Regio vidi. Ind. 247.

329. Adv. Effigies. Inscr. Iohann Neefe der Medicin Doct. aet. 75.

Av. Effigies uxoris. Inscr. Apollonia Doctor Io. Neefen.

Num. aeque magnum, argenteum ibidem vidi. Datur etiam numisma hybridum, cuius area adversa huius, aversa autem prioris

sit: Moehsen Meds. 2. Tab. 2. Fig. 2. — Ind. 248.

330. Adv. Effigies fratrum. Inscr. Joan. et Casp. Naevii Med. Doct.

Av. Insignia. Inscr. Jehova lumen pedum meorum. His tribus junctis. (Quae verba ad insignia spectant.)

Num. $1\frac{1}{6}$ pollicare Moehsen Meds. 2. Tab. 2. Fig. 1. — Ind. 249.

CCXXVI. Newton (Isaacus) Mathematicus et Physicus, quo maior nullus unquam fuit, summum Angliae decus.

331. Adv. Effigies, infra quam: I. Dassier. Inscr. Isaacus Newtonius.

Av. Monumentum sepulcrale ornatissimum. Exerg. Nat. 1642. M. 1726.

Num. $1\frac{7}{12}$ pollicare (Mazz. 2. p. 264. Tab. 163. n. 4. Snelling tab. 29. n. 2. Ind. 250.) aeneum mihi est.

332. Alterum. Adv. Effigies, infra quam: I. C(rocker). Inscr. Isaacus Newtonus.

Av. Sapientia tabulam tenens quadrangularem systema planetare exhibentem. Inscr. Felix cognoscere causas. Exerg. 1726.

Num. bipollicare (Mazz. l. c. n. 5. Koehler XIV. p. 57. Snelling tab. 29. n. 1. Ind. 251.) aeneum mihi est.

333. Tertium. Adv. Effigies, infra quam: I. Roettiers. Inscr. Isaacus Newtonus.

Av. Sapientia tabulam tenens ovalem, viam cometarum indicantem. Inscr. Erit qui demonstret in quibus coeli partibus errent. 1739.

Num. bipollicare (Snelling tab. 29. n. 3. Hausch. n. 618.) aeneum mihi est.

334. Quartum. Adv. Effigies. Inscr. Isaacus Newtonius.

Av. Sertum, in quo verba: Eq. Aur. Philosophus. Obiit 31. Mart. 1727. natus annos 85.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare, tribus prioribus minus, sed elegantiam non cedens, forsan Dassieri

filii (Snelling tab. 29. n. 4. Ind. 253.) aeneum mihi est.

335. Quintum. Adv. Effigies infra quam: Petit F. Inscr. Isaacus Newtonius.

Av. Natus Volstropii in Anglia an. 1642. obiit an. 1727. — Series numismatica universalis virorum illustrium. 1819. Durand edidit.

Num. sesquipollicare aeneum mihi est. Ind. 254.

336. Sextum. Adv. Effigies. Inscr. Sr. Isaac Newton.

Av. Mercurii caduceus, cornu copiae et lauri ramus. Inscr. superior: Halfpenny. Inferior: 1793.

Num. pollicare aeneum mihi est. Conf. n. 216.

CCXXVII. Nieuwland (Petrus) Physices et Astronomiae Professor Leidensis eruditissimus, d. 14. Novbris 1794, triginta annos natus obiit.

337. Iconisma argento caelatum, ovale, amicissimus Hier. de Vries possidet.

CCXXVIII. Occo (Adolphus) I. a patria Frisius vocatus. Osterhusae 1447. natus. Medicus Augustanus d. 1503. Vir de litteris in Germania divulgandis meritissimus. Bruckeri historia Occonum et de hoc et de insequentibus conferatur.

338. Adv. Effigies. Inscr. Adolphus. Occo. Frisius. Medicus.

Av. Iacta curam tuam in Domino nam illi cura est de nobis.

Num. egregium $2\frac{1}{4}$ pollicare, quod argenteum in Numophylacio regio servatur, mihi est plumbenm; idem etiam unilaterale. Depictum exstat: Berl. Biblioth. B. 2. St. 1. 1748. Moehsenii cura, qui p. 95—104. de Occonum numismatibus egit. Ind. 255.

CCXXIX. Occo (Adolphus) III. Adolphi Filius, Adolphi Nepos. Natus Augustae 1524. Secundum Lindenium renovatum anno 1605. aet. anno 81 obiit. Medicus, Litterator et Numismaticus celeberrimus.

339. Adv. Effigies. Inscr. Adolphus Occo A. F. A. N. Med. R. P. Aug. aet. 32.

Av. Insignia. Inscr. Vita mihi Christus mors erit ipsa lucrum.

Num. $1\frac{3}{4}$ pollicare argenteum in Numophylacio regio vidi, depictum a Gohlio (Act. Med. Berol. Dec. 2. Vol. 8.) et a Bruckero, qui de hoc et de insequ. numismate p. 50. egit, nec non a Koehlero VIII. p. 369. — Ind. 256.

340. Alterum. Adv. Effigies. Inscr. Adolphus Occo. A. F. A. N. Med. R. P. Aug. aet. 50.

Av. Insignia. Inscr. sup. Virtutes praemiis decorantur. Inscr. inf. Maximil. II. Imp. P. F. Aug. munus.

Num. sesquipollicare argenteum in Numophylacio Regio vidi, a Bruckero l. c. depictum. Ind. 257.

CCXXX. Occo (Adolphus) VII. Adolphi Filius, Adolphi Nepos, Adolphi Pronepos, proprie itaque quartus dicendus, sed alios ob Adolphos ante hunc aetate teneriore defunctos Bruckerus septimum vocat. Medicus Augustanus, 1578 natus, anno 1618. pesti occubuit.

341. Adv. Effigies Inscr. Adolphus. Occo. A. F. A. N. A. P. M. D. ae. 25. litterae V. et P. junctae. (quae artificis Monogramma sistere videntur.)

Num. unilaterale, ovale, $1\frac{3}{4}$ poll. longum, $1\frac{5}{12}$ latum, argenteum in Numophylacio Regio vidi. Depictum Mazz. I. p. 431. tab. 97. n. 2. ubi tamen Occoni tertio male tribuitur, et apud Moehsenium in Bibl. Berol. I. c. Ind. 258.

CCXXXI. Oersted (Henricus Carolus) Physices Professor Hafniensis disquisitionibus et inventis circa vires electrico-magneticas celeberrimus.

342. Iconisma $3\frac{1}{3}$ pollicare, secundum ceram Poschii 1822. ferro fusum, effigiem simillimam sistens mihi est.

CCXXXII. Orlowski (Onuphrius) Botanices Repetitor Universitatis Vilnensis qui scelerati cuiusdam veneficium in Gilibertum (tum Vilnensem, deinceps Professorem Lugdunensem, nuper mortuum) tentatum detexit et irritum fecit.

343. Adv. Effigies Regis, pone quam I. P. H(olzhäusser). Inscr. Stanislaus Augustus D. G. Rex Poloniae M. D. Lituan.

Av. Sertum quercinum includens verba: Ob Civem servatum Onufrio Orlowski studii Botanici in Academia Vilnensi Repetitori diligentissimo quod nefandas detexit et impedivit insidias in vitam genti regique utilem et gratam, magistri sui, Joan. Giliberti Hist. Natur. Profes. 1782.

Num. $1\frac{11}{12}$ pollicare Lengnich Nachr. II. p. 482. Merkw. n. 426. descripsit, ob pistillum paucis exemplaribus percussis disruptum, rarissimum. Ind. 259.

344. Adversa et Aversa prioris.

Num. $1\frac{5}{12}$ pollicare, eundem seculi annum ferens, sed 1791. percussum Lengnich Merkw. 426. refert.

CCXXXIII. Paracelsus (Theophrastus) n. 1493. in Helvetia, circumforaneus d. Salisburgi 1541. Vir magno ingenio, magnaque pollens plurimarum rerum experientia, sed ob nimiam sui ipsius aestimationem, solidaequae eruditionis contemptum, quae praestare potuisset, non praestitit.

345. Adv. Effigies, ad cuius latus: insignia. Inscr. D. Theophrasti Paracelsi. ae. 45.

Num. $2\frac{1}{2}$ pollicare, unilaterale, argenteum in Numophylacio regio vidi, depictum Mazz. 1. p. 237. tab. 53. n. 5. (ubi perperam ae. 54. legitur), Koehler XI. p. 369. Ind. 260.

346. Aliud in Numophylacio Regio servatur, pariter argenteum (olim Moehsenianum), unilaterale, eadem exhibens, sed maius, $2\frac{7}{8}$ pollicare.

347. Tertium tripollicare Franciscus van

Mieris (III. p. 44.) sistit. Vasi quod manibus tenet panaceamque suam continenti verbum *ΑΣΟΤΗ* inscriptum. Ceterum area eadem, additus autem ei est margo latiusculus cum inscriptione: Abstrusam. Tenebris. Tempus. Me. Educit. In. Auras.

348. Quartum. Adv. Effigies, infra quam Alberti Düreri Monogramma.

Av. Sertum laurinum, in quo verba: Effigies Aureoli Theophrasti ab Hohenhaim aetatis suae XLVII.

Iconisma aurichalco fusum et scalpendo perfectum, egregium, effigie tantopere elevata, ut licet tres pollices diametro vix superet, undecim cum dimidia uncias pendeat.

Düreri certe opus non est, anno in aversa notato diu mortui, et Moehsenii cura factum esse cel. Friedlaender, cuius in numophylacio servatur, merito suspicatur. Sertum et inscriptio Aversae incisa sunt, et omnia artem recentiorem produnt.

CCXXXIV. Paré s. Paraeus (Ambrosius) Chirurgus Parisiensis, nomine dignissimus, cuique ars plurima debet.

349. Adv. Effigies, infra quam: Depaulis F. Inscr. Ambroise Paré.

Av. Né à Laval en 1509. mort en 1590. Galerie metallique des grands hommes français. 1819.

Num. sesquipollicare aeneum mihi est.

Numismata quae Paraei et Fernelii effigies simul exhibent, supra n. 130. et 131. dicta sunt.

CCXXXV. Pariset (Stephanus) Medicus Parisiensis, qui Barcinonam febri flava infestatam adiit, quo hanc pestem notiorem sibi redderet. Conf. n. 304.

350. Adv. Effigies, infra quam: Dubour F. Inscr. Etienne Pariset.

Av. Inscr. Areae mediae: Ire. obviam. caden-

tibus. miseris. aegris. Inscr. Marginis: Cadix. 1819. Barcelone. 1821.

Num. sesquipollicare aeneum mihi est.

CCXXXVI. Passerus (Marcus Antonius) s. Passerinus, s. de Passeribus, qui in Museo Mazzuchelliano (T. 1. p. 322.) Medicorum sua aetate facile princeps dicitur, a Frehero tamen non inter Medicos, sed p. 1452. inter Philosophos enumeratur, neque ab Eloy, neque a Biographia Medica Parisiensi nuncupatur. Medicus utique fuit, sed Philosophiae Aristotelicae totum se dedit. D. 1563. aet. anno 72.

351. Adv. Effigies. Inscr. M. Antonius Passerus Patavin.

Av. Homines duo a pelvi ad verticem connati, diversi ut videtur sexus, extremitatibus decussatis, alternis terram versus, alternis sursum directis. Inscr. Philosophia comite regredimur.

Num. $1\frac{1}{3}$ pollicare Mazz. l. c. tab. 69. n. 3. Ind. 262.

352. Alterum. Adv. Effigies. Inscr. M. Antonius Passerus Pat.

Av. Emblema Prioris. Inscr. Philosophia duce regredimur.

Num. fere $1\frac{1}{3}$ pollicare Mazz. l. c. n. 4. Ind. 263.

Aversae sensus me fugit, licet numisma, cuius etiam ectypon mihi est, saepius attente lustraverim; explicatio Mazzuchellania, naturae circulum eo significari, mihi certe non arridet.

353. Tertium. Adv. Effigies. Inscr. M. Antonius Passerus. Patavin.

Av. Mulier stans super Aspidem.

Num. a Claudio Molineto (Le Cabinet de la Bibliotheque de sainte Genevieve. Paris 1692. fol.) inter Cavinei numismata, p. 92—118. recensita, n. 45. depictum sistitur.

CCXXXVII. Patin (Guido) Medicis doctissimis adnumerandus, Antimonii et Medicorum id

propinantium adversarius summus, scriptor acris et iucundus. N. 1602. d. 1672.

354. Adv. Effigies. Inscr. M. Guy Patin. Doyen. 1652. In Exergo: Felix qui potuit.

Av. Insignia et Inscr. Facultatis uti n. 30. Exerg. Facul. med. 1648.

Num. pollicare argenteum mihi est, quale Moehsenius Meds. 1. p. 377. depingi curavit; idem tamen p. 388. alium Jectonum refert cum exergi anno 1652. qualem etiam Koehler XIII. p. 337. delineatum dedit, et Mus. Burckhard. II. p. 640. n. 1793. nec non das geöffnete Münz. Cab. p. 85. referunt. Thott autem T. 2. p. 176. n. 1541. Jectonum anni 1646. et n. 1542. nostrum anni 1648. habet. Variorum ergo annorum Jectoni Patiniani dantur. Ind. 264.

CCXXXVIII. Peiresc (Nicolaus Claudius Faber de) n. 1580. d. 1637. Vir litteris natus, rerum physicarum scrutator eximius, cuius biographia Gassendiana decies quae legatur digna est.

355. Adv. Effigies. Inscr. N. C. Fabri de Peiresc.

Av. Conseiller au Parlament de France. M. 1637. J. D(assier). F.

Num. pollicare (Mazz. 2. p. 19. Tab. 104. n. 5.) aeneum mihi est. Ind. 265.

CCXXXIX. Pelloutier (Jacobus Carolus) Medicus Berolinensis, Moehsenii Amicus fuit, qui numisma fieri fecit.

356. Adv. Effigies. Inscr. Jac. Carol. Pelloutier D. Med. O. Nos(odochii) Gall(ici). — J. B. Reinel.

Av. Quem mors praematura amicis civibus eripuit. Maneat in aere A. C. — I. C. V. Moehsen M. D. 1763.

Num. $2\frac{5}{8}$ pollicare argenteum, fusum, cuius Moehsenius Meds. 2. p. 576. obiter mentionem fecit, in Numophylacio regio vidi. Ind. 266.

CCXL. Perrault (Claudius) Medicus de anatomia comparata optime meritus, quem Architectum adhuc maiorem esse perhibent. Natus circa annum 1613. d. 1688.

357. Adv. Effigies. Inscr. Claud. Perrault Med. Par. 1675.

Av. Laterna cuius candela accensa est. Inscr. Non ut videar.

Num. argenteum $1\frac{7}{16}$ Unc. pendens (Hauschild n. 675. Ind. 267.) apud Goetzium vidi.

CCXLI. Pfitzner (Carolus Ferdinandus) Medicus Silesiacus, Vratislaviae n. 1736. d. 1819.

358. Iconisma ovale, tripollicare, in cl. viri Jubilaeo Doctorali 1814. ferro fusum, effigiem sistens, mihi est. Ind. 268.

CCXLII. Pigna (Jo. Baptista) Medicus Philosophus ab anno 1552 in Gymnasio Ferrariensi Professor, d. 1575. anno aetatis 72.

359. Adv. Effigies. Inscr. Jo. Baptistae Pignae.

Av. Pan coram Syringe in calamos commutari incipiente.

Num. $2\frac{1}{3}$ pollicare Mazz. 1. p. 273. Tab. 59. n. 6. Ind. 269.

360. Alterum. Adversa prioris.

Av. Pastor mulieri oleae ramum gestanti se gregem servaturum pollicetur. Inscr. Servabo

Num. eiusdem magnitudinis Mazz. 1. c. tab. 60. n. 1. Ind. 270.

CCXLIII. Pigny (Marinus le) Medicorum Rothomagensium Decanus.

361. Adv. Effigies. Inscr. Marinus le Pigny Reg. Cons. Eleem. Eccl. Ord. Canon. Archid. et Med. Rothomag. Decanus. 1621. aet. 67.

Num. unilaterale $3\frac{3}{4}$ pollicare (Mazz. 2. p. 8. Tab. 102. n. 3. Ind. 271.

CCXLIV. Plancus (Janus) conf. Bianchi.

CCXLV. Poczobut (Martinus) Astronomiae Professor Wilnensis, scriptis clarus.

362. Adv. Effigies, infra quam: J. P. H(olzhäus-

ser) F. Inscr. Mart. Poczobut. Astron. Reg. Pol. Soc. R. Lond. N. 1728.

Av. Libri et Instrumenta Astronomica. Inscr. Sic itur ad astra. Inscr. Bene merentis laudi dedit Stan. Aug. Rex. 1775.

Num. $1\frac{7}{12}$ pollicare (Lengnich Nachr. 2. p. 340. n. 9.) argenteum mihi est.

CCXLVI. Polhem (Christophorus) summus Mathematicus et Physicus.

363. Adv. Effigies, infra quam Fehrmanni Monogramma. Inscr. Christoph Polhem Consil. Coll. Commerc.

Av. Vectis biarmicus, cujus pondus minus ab hypomochlio remotius maius elevari facit. Inscr. In talia pondera vires. Exerg. Annis nato 87. 1749.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare (Berch p. 358. n. 137. Lengnich Merkw. 462. Ind. 272.) argenteum mihi est.

364. Alterum. Adversa prioris.

Av. Natus d. 18. Nov. 1661. qui suo genio duce summos Mechanicos praetergressus Sueciae commodo vixit ad 31. Aug. 1751. R. Academia Scient. Publ. Jacturam Lugente. Supra inscr. stella polaris; infra eam quadratum hypothenusae.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare (Berch n. 138. Lengnich l. c. Ind. 273.) argenteum mihi est.

365. Tertium. Adv. Effigies, pariter Senis, infra quam: E. Inscr. Christophorus Polhem R. Coll. Comm. Cons.

Av. Machina qua magnum pondus elevatur. Inscr. Opera inter talia primus. Exerg. Inventis mechanicis de patria optime meritus.

Num. $1\frac{1}{6}$ pollicare, quod nullibi descriptum invenio, prioribus certe serius percussum, argenteum mihi est.

CCXLVII. Porta (Joannes Baptista) Auctor Magiae naturalis, Physiognomices, et Polyhistor, sed maxime vana admittens, sana cri-

tice omnino destitutus. Lynceorum Membrum, Societatis secretorum Institutor. N. 1545. d. 1615.

366. Adv. Effigies. Inscr. Joan. Bapt. Porta. Lynceus. Neapol.

Av. Mulier naturam referre visa templumque apertum. Inscr. Natura reclusa.

Num. $1\frac{1}{3}$ pollicare Mazz. 1. p. 445. Tab. 99. n. 6. Ind. 274.

CCXLVIII. Portal (Antonius) Liber Baro. Anatomiae Professor et Medicus Practicus Parisiensis meritissimus. Anno 1742. natus; 1770 egregiam Anatomiae et Chirurgiae historiam edidit, et ab eo tempore plurima opera utilissima scripsit, et adhuc scribit.

367. Adv. Effigies, infra quam: 1809—10. Inscr. A. Portal Galliacensis Med. Par. Acad. Praeses.

Av. Insignia. Inscr. Servat Et Perficit.

Num. pollicare (Suppl. Hist. Napol. Tab. 71. n. 456. Ind. 275.) argenteum mihi est.

368. Adversa prioris.

Av. Gallus, infra quem: Praeses Hon. Et Perp. Coetus Academ. Medic. Paris. Infra haec signum, mihi ignotum. Tum Verba: Servat Et Perficit. Infra haec: Serpens ex patera bibens. Tandem: 1818. Inscr. Regis Archiatrorum Comes.

Num. pollicare argenteum mihi est.

CCXLIX. Poterius (Guido) Medicus practicus, obscurus.

369. Adv. Effigies, sub quam: aet. 40. Inscr. Conserva me Domine.

Av. Guido Poterius V(triusque) Med. et Phylosoph. Doctor Ludovici XIIII. Reg. Christianiss. Et Joannis Casimiri Polon. Et Suec. Reg. Consiliar. Illius Utriusq. Medic. Romae 1659.

Num. sesquipollicare (Mazz. 2. p. 77. tab. 118. n. 2. Moehsen. Meds. 1. p. 145. depictum,

Ind. 276.) argenteum in Numophylacio Regio vidi.

370. Alterum. Adv. Effigies, infra quam: Romae 1665. Inscr. Guido. Poterius. Regum. Franc. Et Polon. Cons. Et. Med.

Av. Circulus a serpente caudam mordente effectus, in quo fax accensa et clava decussatim revinctae, cum inscr. A numine virtus.

Num. sesquipollicare (Mazz. l. c. n. 1. Moehsen l. c. p. 154. depictum, Ind. 277.) apud Goetzium vidi.

CCL. Potter (Guilelmus) Pharmaceuta nobis ignotus.

371. Adv. Insignia (clypeus). Inscr. William Potter.

Av. Apothecar in Oxon. In medio: P. W. A.

Num. relatum apud ill. Com. de Thott T. 2. p. 229. n. 2061.

CCLI. Priestley (Josephus) Physicus et Chemicus Anglus inventis scriptisque plurimis celeberrimus, religiosis et politicis dissensionibus tamen nimis vacans. N. 1733. d. in America foederata 1804.

372. Adv. Effigies, infra quam: J. G. Hancock F.

Av. Laboratorium physico-chemicum. Exerg. 1783.

Num. $1\frac{1}{3}$ pollicare aeneum mihi est. Ind. 278.

CCLII. Psilanderhielm (Nicolaus) Mineralogus practicus.

373. Adv. Effigies, infra quam: G. L. Inscr. N. Psilanderhielm Cons. Reg. Coll. Mine.

Av. In memoriam socii benefici Reg. Acad. scient. Stockh.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare (Lüdecke 7. p. 229. Ind. 279.) argenteum mihi est.

CCLIII. Puccini (Thomas) Medicus Pistoriensis et Anatomes Professor Florentinus, qui sub initio seculi decimi octavi floruit, cuique Michelius plantae genus dicavit.

374. Adv. Effigies, infra quam: 1713. Inscr. Thomas. Puccini. Patrit. Pistorien.

Av. Minerva sed Mercurii caduceum gerens Poëtae sedenti alteraque manu librum, corollam altera tenenti, sertum imponit, pone eandem cygnus etc. Inscr. Ornantur. Et. Ornant.

Num. $3\frac{1}{4}$ pollicare Mazz. 2. p. 232. Tab. 157. n. 4. Ind. 280.

CCLIV. Quickelberg (Samuel) Medicus rerum antiquarum, Heraldices et Numismatices peritissimus. Natus Antverpiae 1529, 1565. in Bavaria floruit.

375. Adv. Effigies. Inscr. Sam. Quicchelbergus. Belga. aeta. suae. 33.

Av. (litteris incisis) Floruit Ingolstadii Medicus Bavariae Ducis. Symb. Intacta. Virtus.

Num. proprie unilaterale (cum litterae aversae incisae sint) $1\frac{1}{6}$ pollicare (Moehsen Meds. 1. p. 65. depictum. Ind. 281.) argenteum in Numophylacio Regio vidi.

Imhof (II. p. 873. n. 2.) in brachio adversae annum 1503. refert, sed incisum, certissime falsum, forsan 1563 male expressum.

CCLV. Quin (Henricus) Medicus Anglus recentioris temporis (quod nummi ratio prodit), quem omnes, quos consulere potui, libri biographici vel bibliographici tacent.

376. Adv. Effigies, infra quam: W. Moſs P. F. Inscr. Henricus Quin M. D.

Aversa marginem elevatum habet, uti adversa, ceterum vacua, nominique incidendo destinata videtur.

Num. sesquipollicare aeneum mihi est. Ind. 282.

CCLVI. Rab (Jacobus Jodocus) Medicus Altenburgensis n. Jan. 12. 1629. d. Jan. 11. 1708.

377. Adv. Effigies, infra quam: An. aet. 79. C. W(ermuth). Inscr. D. Jac. Jod. Rab. Haered. A. Lenitsch.

Av. Insignia, infra quae: 1707. C. W. Inscr.

(adversae contin.) Gleichamb et Juchsen. Duc. Sax. Goth. Consil. et Archiater. — Candide et Caute.

Num. $1\frac{7}{12}$ pollicare (depict. Thesaur. num. p. 766. Kundm. Siles. Tab. 24. n. 72. — Ind. 283.) argenteum in Numophylacio Regio vidi.

CCLVII. Rabelais (Franciscus) Egregius et Medicus et Poëta.

378. Adv. Effigies a facie. Inscr. M. François Rabelais D. En Medec.

Num. unilaterale sesquipollicare Koehler XIX. p. 225. delin. Ind. 284.

379. Alterum. Adv. eadem.

Av. Gallus coram Vulpecula Peregrinantem simulante et absolutionis bullam ferente. Inscr. Cave. Fictus Fallit Amictus. In Exergo: Wer glaubt zu geschwint oft Schaden entpfindt.

Num. sesquipollicare (depict. Lochner IV. p. 353. Moehsen Prüf. Gesellsch. II. XI. tab. 12. p. 323. Ind. 285.) plumbeum mihi est. Aversa in Germania addita videtur.

380. Tertium. Adversa prioris.

Av. Navis.

Num. a Kundmanno Gel. Med. p. 51. n. 645. enumeratur. Ind. 286.

381. Quartum. Adv. Effigies a sinistra, sub qua: E. Gatteaux. Inscr. François Rabelais.

Av. Nè a Chinon vers 1483. Mort en 1553. — Galerie metallique des grands hommes Français. 1818.

Num. sesquipollicare aeneum mihi est. Ind. 287.

CCLVIII. Rangoni (Thomas), Philologus dictus, Ravennas, Medicus practicus quo vixit tempore celeberrimus et munificentissimus, post longam senectutem 1577. obiit.

382. Adv. Effigies. Inscr. Thomas. Philologus. Ravennas.

Av. Deus in nubibus brachia extendit super

mulierem sertum bovi imponentem. Inscr. Virtute parta deo et labore.

Num. bipollicare (Mus. Mazz. 1. p. 301. Tab. 65. n. 3. — Ind. 288.) aeneum mihi est.

383. Alterum. nonnisi inscriptiones continens. Adv. Thomas Philologus Ravennas Physicus e re propria construi fecit anno 1554.

Av. Ducatus Incliti Principis Venetorum Marci Antonii Trivisano bñem. anno I.

Num. $1\frac{5}{12}$ pollicare ad Rangoni munificentiam alludens. Mazz. l. c. n. 4. Ind. 289.

384. Tertium. Adv. Effigies, pone quam 1562. Inscr. Thom. Philol. Raven. Phys. Eq. Guard. D. Mar. Mag.

Av. Aquila Herculem Junonis super cubile stellatum stratae mammis admovet. Infra tria lilia totque aves. Inscr. Jove et Sorore genita.

Num. $1\frac{5}{12}$ pollicare (Mazz. l. c. n. 5. Ind. 290.) mihi est unilaterale aeneum, adversam sistens.

385. Quartum. Adv. Effigies. Inscr. Thomas. Philologus. Ravennas. Aversa praecedentis.

Num. $1\frac{5}{12}$ pollicare (Mazz. l. c. n. 6. Ind. 291.) aeneum mihi est.

386. Quintum. Adv. Effigies. Inscr. Thomas Philologus.

Av. Infans stans supra globum. Inscr. Dominus Da . . . .

Num. $\frac{6}{6}$ pollicare Mazz. l. c. n. 7. Ind. 292.

CCLIX. Ray s. Rajus (Joannes), Anglus, de Zoologia bene meritus, meritissimus de Botanica.

387. Adv. Effigies.

Av. John Ray F. R. S. Nat. 1627. obi 1704.

Iconisma proprie unilaterale, verba enim aversae incisa sunt, ovale, 2 pollices longum, $1\frac{7}{12}$ latum, fusum et dein scalptum, capite et margine valde elevatis, egregium, aeneum mihi est. Ind. 293.

CCLX. Redi (Franciscus) n. 1626. d. 1697. Polyhistor et nobilissimo quidem vocis sensu, Philologus, Poëta, Medicus, Naturaescrutator,

qui innumera detexit, cuiusque opera fontes sunt uberrimi haud ita facile exhauriendi.

388. Adv. Effigies, infra quam: M. Soldanus. Inscr. Franciscus Redi. 1677.

Av. Navis ornatissima, vela faciens, absque nautis. Inscr. Sono. L'. Mio. Segno. E. L'. Mio. Conforto. Solo.

Num. $2\frac{1}{3}$ pollicare (Mazz. 2. p. 167. tab. 141. n. 1. Moehsen Meds. 1. p. 324. depictum. Ind. 294.) aeneum mihi est.

389. Alterum. Adv. Effigies, infra quam: M. Sold(anus) 1684. Inscr. Franciscus. Redi. Patritius. Aretinus.

Av. Minerva Naturae, quae prope templum Saluti inscriptum sedet, velum levat. Exerg. M. Soldanus F.

Num. $3\frac{1}{3}$ pollicare (Mazz. l. c. n. 2. Moehsen l. c. p. 289. et p. 296. depictum. Ind. 295.) aeneum mihi est.

390. Tertium. Adversa prioris.

Av. Bacchanal (allusio ad auctoris poema: Bacchus in Toscana). Exerg. Canebam.

Num. aeque magnum (Mazz. l. c. n. 3. Moehsen p. 305. depictum. Ind. 296.) aeneum mihi est.

391. Quartum. Minerva Saturno prostrato Aeternitati sertum offert in illius templo adservandum. Inscr. Aere perennius. Exerg. M. S. F. 1684.

Num. ejusdem magnitudinis (Mazz. l. c. n. 4. Moehsen p. 313. depictum. Ind. 297.) aeneum mihi est.

Haec tria numismata 389—391. Cosmi Tertii, Nobilissimi Scientianum Promotoris jussu facta sunt.

## CCLXI. Regemann (Joannes Ludovicus).

392. Adv. Effigies, infra quam: J. P. Holzhäusser F. Inscr. Joan. Lud. Regemann. Boerhaavii. Discip. N. Bremae 1711.

Av. Sertum quercinum, in quo sqq. Viro Medicae Artis Studio. Felici. absque lucri quaestu.

quaestu. 35 abhinc annis de gente Polona continuo bene merenti. eximia morum probitate insigni. hoc grati animi monumentum post curatum ab eodem vulnus ferro parricidae die IV. Novemb. 1771. sibi illatum. Stan. Aug. Rex dedit.

Num. $2\frac{1}{4}$ pollicare (quod Madai in Guil. Battie Aphorismis de cognosc. et curand. morbis a se Hal. 1780. 8. editis, ante dedicationem ad Regemannnm accurate depingi curavit, Hausch. n. 741. Ind. 298.) argenteum mihi est.

393. Alterum, ejusdem artificis, 1790. percussum, $1\frac{7}{12}$ pollicare, praeter magnitudinem minorem, eo tantum differt, quod loco serti aversa duos tantum ramos quercinos offerat, inscriptionem continentes.

Describitur cum priori apud Lengnichium Merkw. 484. Hauschild n. 742. Ind. 299. Ipse apud Goetzium argenteum vidi.

CCLXII. Reil (Joannes Christianus) N. 1759. d. 1813. summi ingenii, summaeque experientiae vir, Professor Medicinae Halensis, demum Berolinensis, Collega et Amicus, quem vivum colui, quem mortuum non minus colo.

394. Iconisma ferro fusum, $3\frac{1}{3}$ pollicare, effigiem viri immortalis similem sed nimis elevatam a facie sistens mihi est.

CCLXIII. Reimarus (Joannes Albertus Henricus), Hermanni Samuelis filius, Hamburgensis, Medicus et Naturae scrutator insignis. d. 1814.

395. Adv. Effigies, infra quam: A. S. (Abramson). Inscr. Joh. Alb. Henr. Reimaro M. D. N. 1729. Pietas.

Av. Aesculapius coram Isidis monumento. Exerg. Die natali d. 11. Nov 1797.

Num. sesquipollicare argenteum mihi est. Ind. 300.

CCLXIV. Reneaume s. Reneaulme (Michael

Ludovicus) ex anno 1699. Acad. Paris. Membrum, Medicus et Botanicus, cuius in honorem Renealmia dicta est.

396. Adv. Effigies infra quam: Du Vivier F. Inscr. M. N. Reneaume Blaes(ensis). F. M. P. Decanus.

Av. Insignia Facultatis ad n. 30. dicta. Exerg. Facul. Medic. Paris. 1734. 1735. 1736.

Num. pollicem linea superans aeneum mihi est.

CCLXV. Riben (Matthias) 1698. Doctor creatus.

397. Adv. Effigies, ad brachium annus 1712 numeris elevatis. Inscr. (litteris incisis): Matthias Riben. Archiater. Suec.

Av. (litteris incisis): Matthias Riben Holmiensis Regius Ac Illustris Apud Sueones Archiater ad ceram mollem manu formatam Karlsteenii ab Hartwigio fusus in hoc duro orichalco perpetim manet amica cura N. Keder Holm.

Num. $2\frac{2}{3}$ pollicare, cuius ectypon plumbeum mihi est, Ziervogel p. 18. n. 15. monente, proprie unilaterale et absque omni inscriptione. Depictum Moehsen Meds. 1. p. 233. Ind. 301.

CCLXVI. Rinman (Swen) Suecus, egregii de ferro operis auctor.

398. Adv. Effigies, infra quam: M. Frumerie. Inscr. Sveno Rinman R. Coll. Metall. Consil. E. O. V.

Av. Cubus signum ferri gerens, libros sustentans. Inscr. Laudem ferent. Exerg. In Memor. Soc. Meritiss. Ac. Sc. Sv. 1823.

Num. sesquipollicare argenteum mihi est. Ind. 302.

399. Iconisma ferro fusum, $3\frac{1}{3}$ pollicare effigiem et nomen sistens, mihi est.

CCLXVII. Rivinus (Augustus Quirinus) Professor Lipsiensis, Anatomicus et Botanicus, cuius nomen ductus glandulae sublingualis et plantae genus servant. N. 1652. D. 1723.

400. Adv. Effigies. Inscr. Augustus Quirinus Rivinus.

Av. Fit Philures Augustus Quirinus in urbe Rector fit quater et temporis ordo novus.

Num. a Kundmanno Gel. Med. p. 54. n. 681. enumeratur. Ind. 303.

401. Aliud ab eodem n. 682. nuncupatur, cuius aversa haec habet verba: Formet Sors Aedes Concors Urbi sit Irine. Ind. 304.

CCLXVIII. Ro (Baptista) *).

402. Adv. Effigies. Inscr. M. Baptista Ro. Chirurgicus.

Av. Manus instrumentum mihi incognitum et vitis ramum uvis onustum gerit.

Num. $2\frac{1}{6}$ pollicare Moehsen Meds. 2. p. 575 refert Tab. 1. Fig. 5. depictum. Ind. 305.

CCLXIX. Roennow (Casten) Medicus Holmiensis laudatissimus. In cel. viri icone, quae mihi est, quamque Akrel 1793. sculpsit, eundem aetatis et seculi anno 77. a Lundbergio pictum esse legimus.

403. Adv. Effigies, sub qua: J. G. Wikman. Inscr. C. Roennow Reg. Pol. Cons. Intim. et Archiat. Eq. Aur.

Av. Mulier, capite laurea cincto, cornucopiae gerens, serpenti arae circumvoluto pateram offert. Inscr. In posteros usque. Exerg. Piae Mem. Socii Munif. R. Acad. Sc. Holm.

Num. $1\frac{1}{3}$ pollicare argenteum mihi est. Ind. 306.

---

*) Moehsenius l. c. Baptistam Rogerium, aut Robertum quendam seculi decimi tertii aut quarti, hoc numismate celebrari suspicatur. Mea autem suspicio longe alia est, tale scilicet numisma aut non existere, aut a Moehsenio excogitatum esse. Praetereundo enim de numismate tantum loquitur, tantopere singulari, si verum esset, neque unde habeat, refert: quo accedit idem neque in Numophylacio Regio, neque apud cel. Augustinum, neque alibi hactenus visum esse. Eodem porro in libro numisma Petri de Abano pro vetere venditur, licet a se inventum. Quae Aversa sistantur, mihi penitus inexplicata manent, totamquae ideo rem a Moehsenio joci, haud tamen laudandi, caussa inventam esse crediderim.

CCLXX. Roloff (Christianus Ludovicus) Medicus Berolinensis aestumatissimus et doctissimus n. 1726. d. 1800.

404. Adv. Effigies, infra quam: A. S. (Abramson.) Inscr. Christ. Ludov. Roloff Arch. D. Med. Renunt. d. 15. Aug. 1750.

Av. Ara accensa, ciconiae effigiem gerens, cui baculus Aesculapii et cornu copiae utrinque apposita. Inscr. Beneficiorum memor pietas. Exerg. D. 15. Aug. 1800.

Num. $1\frac{7}{12}$ pollicare argenteum mihi est. Ind. 307.

CCLXXI. Rosenblad (Everardus a), antea Rosén, Medicinae Professor Lundensis. N. 1714. d. 1796.

405. Adv. Effigies, infra quam: E. Inscr. Eberhardus Rosenblad Medicus.

Av. Inspectori optimo ann. jam 25 curam Nat(ionis) agenti studiosa juventus Gothoburgica Lund. 1787. Infra Aesculapii baculus ramo laurino incumbens.

Num. sesquipollicare (Lengnich Merkw. n. 501. Sacklén p. 644. Ind. 308.) aeneum mihi est.

CCLXXII. Rosenstein (Nicolaus Rosén de) Med. practicae Professor Upsaliensis meritissimus, celeberrimus. N. 1706. d. 1773.

406. Adv. Effigies, infra quam: G. L(jungberger). Inscr. Saecli decus indelebile nostri.

Av. Nic. Rosén de Rosenstein Eq. A. Archiater Reg. Suec. Et Acad. Sc. Membrum Artis Sal. discipulis desideratus obiit A. Ch. 1773. aet. 67.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare quod Regia Academia Scientiarum Stockholmiensis 1773. fieri fecit, (Sacklén p. 520. Ind. 309.) argenteum mihi est.

407. Alterum. Adv. Effigies, infra quam: C. E. Inscr. Nicolaus Rosén a Rosenstein Archiater Eq. O. De St. P.

Av. Aesculapius. Inscr. Phoebo ante alios

dilectus. Exerg. Artis Medicae Clarus Antistes ob. 1773.

Num. pollicare, quod Academia Suecica 1814. fieri curavit, (Sacklén p. 520. Ind. 310.) argenteum mihi est.

CCLXXIII. Rousseau (Joannes Jacobus), Poëta egregius, Botanices cultor assiduus, scriptorumque botanicorum auctor, ideoque hic enumerandus.

408. Adv. Effigies, ad cujus latera inferne: G. C. Waechter F. Inscr. J. J. Rousseau Citoyen de Geneve né le 28. Juin 1712.

Av. Sertum quercinum includens verba: Ingenio Et Libertati Patriae.

Num. bipollicare elegantissimum (Haller 1. p. 153. n. 264.) aeneum mihi est.

409. Alterum. Adv. Effigies, supra quam stella, infra artificis nomen: R. Dumarest.

Av. Panthéon Ouvert à J. J. Rousseau. — Conv. Nationale 19. Vend. 3. an. R. F. U. J.

Num. $1\frac{1}{3}$ pollicare argenteum in numophylacio cel. Friedlaender vidi.

410. Tertium. Adv. Effigies, infra quam: Montagny F. Inscr. Jo. Jacobus Russaeus.

Av. Natus Genevae in Helvetia an 1712. obiit in Gallia an. 1778. — Series numismatica universalis virorum illustrium. 1819. Durand edidit.

Num. sesquipollicare aeneum mihi est.

411. Quartum. Adv. Effigies, infra quam: A Bovy F. Inscr. Jean Jacques Rousseau.

Av. Né à Geneve en 1712. Mort en 1778. Collection des Hommes illustres. 1823.

Num. sesquipollicare aeneum mihi est.

CCLXXIV. Rudbeck (Olaus) Anatomicus celeberrimus, qui vasa corporis nostri absorbentia ante Bartholinum detexit, Botanicus egregius, bonus Mechanicus etc. n. 1630. 1660. Prof. Upsaliensis Ord. factus. d. 1702.

412. Adv. Effigies. Inscr. Olf. Rudbeck. (Symbol.) Invariable.

Av. Haec inclyti Sueonum Polyhistoris imago ad ebur manu Cavallerii formatum ex orichalco fusa est, pia cura Nicol. Kederi, Holm. antiquitatum rimatoris. S. D. G.

Numisma (secundum cel. Augustini litteras $3\frac{5}{8}$ pollicare) Ziervogel p. 17. n. 12. descripsit. Ind. 311.

413. Secundum. Adv. eadem.

Av. Illustris Sueonum Polyhistor, Ol. Rudbeck Pater, secundum ceram Karlsteeniana manu figuratam ex aere fusus pia cura N. Kederi Holmiens. Antiquarii. S. D. G.

Num. apud Ziervogel p. 18. n. 14. descriptum. Ind. 312.

414. Tertium. Adv. Effigies, infra quam G. J. Wikman. Inscr. Olaus Rudbeck Pater Prof. Upsal.

Av. Sidus Ursae majoris; infra: regio Upsaliensis. Inscr. Tot fulgent lumina in uno. Exerg. Vivo decr. honores redditi anno 1753. ab exitu 51.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare (Sacklén p. 466. Ind. 313. argenteum mihi est.

CCLXXV. Rumpf (Christianus Constantinus) Medicus, Legatus Belgicus in Suecia numismata meritus, d. 1706, aetatis anno 72.

415. Adv. Effigies, infra quam: Karlsteen. Inscr. C. C. Rumpf M. D. Foe. Belg. Abl. Ordi. Ap(ud) S(ereniss.) S(ueciae) R(egem).

Av. Manus e nubibus exserta annulum adamante ornatum super flammam tenet. Inscr. Constantia vincit in adversis. Exerg. 1677.

Num. $1\frac{1}{3}$ pollicare (depict van Loon 3. p. 204. et Moehsen Meds. 1. p. 352.) in Numophylacio Regio duabus laminis argenteis tenuissimis constat, quae margine obiter conjunctae sunt, quo facillime adversa ab aversa separari possit. Ind. 314.

416. **Alterum.** Adv. Effigies, sub qua: A. K. (Arwid Karlsteen). Inscr. C. Cons. Rumpf M. D. aet. 48. a. 1681.

Av. Sertum laurinum, in quo verba: Quid aeternis minorem consiliis animum fatigas? Horat.

Num. pollicare (Moehs. Meds. 1. p. 361. depict. Ind. 315.) argenteum in Numophylacio regio vidi.

CCLXXVI. Sacco (Aloysius) Med. Professor Bononiensis, Primus variolarum vaccinarum insitionem in Italia instituit et divulgavit, remque scriptis utilissimis auxit.

417. Adv. Effigies, sub qua P. T. Inscr. Aloysius. Sacco. Mediol. Med. Et. Chir. Prof.

Av. Sertum quercinum cui inferiori parte Coluber Aesculapii circumvolvitur. Inscr. Jenneri. Aemulo. Amici. Bononienses. A. I. Ab. Ital. Rep. Cons.

Num. egregium bipollicare (Suppl. Hist. Metall. Napol. Tab. 64. n. 404. Ind. 316.) aeneum mihi est.

418. Alterum. Adv. Hygaea et Genius sertum offerens coram busto. Inscr. Sic morbus morbo curatur. VIII. Calend. Maji Anno 1. Reip. 1802.

Av. Aloysio Sacco Jennerianae insitionis primo in Coenomanis Propagatori Benemer. Municipium Grates.

Num. ejusdem magnitudinis ibid. n. 405. dedepict. Ind. 317.

CCLXXVII. Salandus (Ferdinandus), Bergamensis, Josephi se celebrioris, pariterque Medici filius, n. 1561. d. 1630.

419. Adv. Effigies. Inscr. litteris incisis: Ferdinando Salando Medico.

Av. (valde rudis) Tabula cui liber impositus est.

Num. $1\frac{3}{4}$ pollicare aeneum mihi est.

CCLXXVIII. Salicetus (Natalis) Clementis XIII. et XIV. nec non Pii VI. Medicus, cujus

nomen in libris tam biographicis quam bibliographicis tacetur.

420. Adv. Effigies, infra quam J. W(eber). Inscr. Natalis. Salicetus. Pii VI. Archiater.

Av. Navis Aesculapium serpentis forma ferens Romam advecta.

Num. fusum et scalpendo perfectum, uti omnia Weberiana mihi visa, incomptum, $2\frac{3}{4}$ pollicare, aeneum mihi est.

CCLXXIX. Sarpi (Paulus) Servita Venetus, multiplici summaque laude dignus, quem etiam Anatomiae peritissimum, quid? quod valvularum venosarum et totius sanguinis circulationis inventorem *) passim perhibent. N. 1552. d. 1623.

421. Adv. Effigies. Inscr. Paulus Sarpius.

Av. Doctor Gentium. (Quam inscriptionem, cum Musei Mazzuchelliani venia sit dictum, Sarpius bene meruit.)

Num. $1\frac{5}{12}$ pollicare. Mazz. 1. p. 438. tab. 98. n. 6. Ind. 318.

422. Alterum. Adv. Effigies. Inscr. Paulus Servita Venetus Sereniss. Reipb. Venetae Theologus et C(onsiliarius).

Num. ovale $1\frac{1}{3}$ poll. longum, $1\frac{1}{2}$ latum, unilaterale, depict. Mazz. l. c. n. 7. Koehler XXI. p. 25. Ind. 319.

CCLXXX. Sbaralea s. Sbaraglia (Joannes Hieronymus) Bononiensis, Med. Doctor, Opticae Professor, Anatomiam (forsan qualem ipse

---

*) Si Douglas vir cel. in Bibliotheca Anatomica Harvaei librum in Sarpii manus pervenisse refert, hoc quidem falsissimum est, nam quinque demum annos post Sarpii mortem Harvaei liber comparuit; non tamen hujus vel illius inventi laudem Sarpio tribuerem: Venarum enim valvulae vel a Canano vel a Fabricio ab Aquapendente detectae sunt; sanguinis autem circulatio a Serveto et Caesalpino primum exposita videtur. Harvaeo tamen rem primum ex proposito tractasse et confirmasse laus competit, quo commotus Douglas Caesalpinum inventorem, Harvaeum statorem hujus doctrinae recte nominaverit.

calluit et docuit) ad Medicinae praxin parum conferre contendit. N. 1641. d. 1710.

423. Adv. Effigies. Inscr. Io. Hieronymus Sbaralea Doc. Colleg. Et. Bon. Anat. Lec. Emer.

Av. Arbor cuius alteri ramo ensis admotus est. Inscr. Inutiles amputans.

Num. $2\frac{5}{12}$ pollicare Mazz. 2. p. 211. Tab. 152. n. 1. Ind. 320.

424. Alterum minus, $1\frac{1}{3}$ pollicare, elegantius, St. Urbini opus (de quo Joachim III. 319. conferatur), ceterum utraque area eadem sistens, aeneum mihi est. Mazz. 1. c. n. 2. Ind. 321.

CCLXXXI. Scarampus (Ludovicus) Medicus Romanus, Medicina autem posthabita, pro Ecclesia fortiter militavit, Episcopus, Patriarcha Aquilejensis, tandemque Cardinalis factus. N. 1402. d. 1465.

425. Adv. Effigies. Inscr. L. Aquilegiensium Patriarcha Ecclesia Restituta.

Av. Exercitus templum petens. Inscr. Ecclesia Restituta. Exerg. Ex Alto.

Num. $1\frac{1}{3}$ pollicare (Mazz. 1. p. 74. Tab. 11. n. 4. Argelati 1. Tab. 88. Ind. 322.) aeneum apud cl. Friedlaender vidi.

426. Alterum. Adv. Effigies (diversa). Inscr. L. Aquilegiensium. Patriarcha. Ecclesiam. Restituit.

Aversa eadem sistit ac n. 425.

Num. $1\frac{2}{3}$ pollicare depict. Argelati 1. Tab. 41. n. 33.

CCLXXXII. Scarpa (Antonius) Summus et Anatomicus et Chirurgus, Italiae decus. N. circa 1746. et adhucdum scientias colit et auget.

427. Adv. Effigies, infra quam: L. Cossa F. 1819. Inscr. Antonio Scarpa. Anatomico.

Av. Sertum laurinum verba continens: Lume ed Onore della Chirurgia.

Num. $1\frac{11}{12}$ pollicare Numismaticus cel. ab Ampach benevole mecum communicavit.

Aliud alio ab artifice (Manfredini) percussum mihique promissum nondum vidi.

CCLXXXIII. Schack (Christianus Fridericus) Chirurgus Militaris Borussicus superioris gradus n. 1752. d. 1824.

428. Iconisma ferro fusum tripollicare effigiem similem, et infra eandem artificis nomen: Beyerhaus, sistens, mihi est.

CCLXXXIV. Scheele (Carolus Guilelmus) Chemicus eximius, dignus Torberni Bergmanni amicus, natus Stralsundiae 1742. d. in Suecia 1786.

429. Adv. Effigies, sub qua: I. G. Wikman. Inscr. Carolus Guil. Scheele Chemicus.

Av. Urna radiis illustrata inter apparatum chemicum. Inscr. Ingenio stat sine morte decus. Exerg. Socio praematura morte erepto. R. Ac. Sc. St.

Num. $1\frac{1}{3}$ pollicare (Lüdecke 7. p. 229. Ind. 324.) argenteum mihi est.

CCLXXXV. Scheuchzer (Ioannes Iacobus) Tiguri n. 1672. d. 1733. Vir de historia naturali, praesertim Helvetiae, et de illa fossilium summopere meritus.

430. Adv. Effigies. Inscr. Io. Iacobus Scheuchzer.

Av. Tigur. Med. D. Math. P. Acad. Imp. N. C. Adj. Dcs. Acarnan. Socc. Regg. Angl. Prus. Et Inst. Bon. Membrum. Aet. 60. 1732. H. I. G.

Num. $1\frac{1}{6}$ pollicare (Mazz. 2. p. 297. Tab. 171. n. 7. Ind. 325.) argenteum mihi est.

431. Adversa prioris.

Av. Tigur. Med. D. Math. P. Capit. Thur. Canon. Acad. Imp. N. C. Adj. Dcs. Acarnan. Socc. Regg. Angl. Prus. Et Inst. Bonon. Membrum Ob. Ann. aet. 61. 1733. H. I. G.

Num. eiusd. magnitudinis (depictum Moehsen Prüfend. Gesellsch. Schr. 2. B. 11. St. — Ind. 326.) argenteum mihi est.

CCLXXXVI. Schlatter (Ioannes Guilelmus a) Vir de Rossiae re metallica et monetaria optime meritus.

432. Adv. Effigies, infra quam: I. G. W(ächter) F. Inscr. I. W. a. Schlatter. Pres. (sic!) Et Consiliar. Intimus.

Av. Hortus in quo hortulanus terram colit; ad latus Grus. Inscr. pro Posteritate vires meas consacro (sic.).

Num. bipollicare, cuius aversa merito non placuit, ideoque, paucis speciminibus percussis, cum insequente commutata fuit. Lengnich N. Nachr. II. p. 200.

433. Adversa Prioris.

Av. Sapientia prope apparatum monetarium. Infra: Gaſs. Inscr. Rossicam Rem Monetariam perfecit. Exerg. P. O. M. (Parenti optime merito) Nato 19. Febr. 1708. Decesso 23. Jan. 1768. Io. a. S(chlatter) Fil. M. F. C.

Num. aeque magnum, cuius aversae pistillum paucis speciminibus percussis ruptum est. Lengnich l. c. p. 201.

434. Adversa prioris.

Aversa priori simillima, sed loco totius nominis artificis (Gaſs) littera initialis G. tantum legitur.

Num. bipollicare (Lengnich l. c. p. 202.) argenteum mihi est.

CCLXXXVII. Schuetzer dein von Schuetzerkranz (Herrmannus) Holmiae n. 1713. d. 1802. Chirurgus celeberrimus.

435. Adv. Effigies, sub qua: D. F(ehrman). Inscr. Herm. Schützer. Arch. Reg. Soc. Chir. Director.

Av. Navis Aesculapium Serpentis Forma ex Epidauri templo Romam ferens. Inscr. Venitque salutifer urbi. Exerg. Chirurg. Studios. Patronus.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare (depict. Moehsen Meds. 1. p. 409. Ind. 327.) argenteum in numophylacio regio vidi.

CCLXXXVIII. Schulze (Ioannes Henricus) Professor Altorfinus, dein Halensis, Medicus, Philologus, Antiquarius, Numismaticus egregius, scriptisque celeberrimus. N. 1687. d. 1744.

436. Adv. Effigies. Inscr. (litteris incisis) Ioh. Henr. Schulze. Med. D. P. P.

Av. (litteris incisis) Mem. Praes(idis). et Praec(eptoris). Ex C. Dorschei Gemma. C. V. I. C. V. Moehsen. 1762.

Num. ovale $1\frac{1}{12}$ poll. longum, $\frac{11}{12}$ poll. latum (cuius Moehsen Meds. 2. p. 576. obiter mentionem facit. Ind. 328,) argenteum mihi est. Conf. 196.

CCLXXXIX. Schulzenheim (David von), antea Schulz, Medicus eximius, de Suecia optime meritus. N. 1732. d. 1823.

437. Adv. Effigies, infra quam: M. Frumerie. Inscr. Dav. a Schulzenheim Praes. R. Coll. San. Com. Ord. Vas.

Av. Minerva coram ara Aesculapii. Inscr. Acumine Et Vigilantia. Exerg. Claro per 54. ann. Soc. Acad. R. Sc. Sv. 1814.

Num. $1\frac{5}{12}$ pollicare (Sacklén p. 177. Ind. 329.) argentenm mihi est.

CCXC. Schynvoet (Simon) Belga, Architectus, Auctor Numismaticus, Naturae scrutator, praesertim Conchylia colligens. N. 1652. d. 1727.

438. Adv. Effigies. Inscr. S. Schynvoet. Archit. etc.

Av. Monumentum ad cuius sinistram: Architectura, ad dextram: Pallas. Exerg. Schyn Voed (Lux nutrit.).

Num. $1\frac{5}{6}$ pollicare (van Loon 4. p. 279. depictum. Ind. 830.) campanarum metallo caelatum, rarissimum, mihi est.

CCXCI. Septalius s. Settala (Ludovicus) Medicus celeberrimus, Mediolani n. 1552. d. 1633.

439. Adv. Effigies. Inscr. Ludovicus Septalius Regius Archiater Stat. Mediol.

Av. Sol Lunae imminens, quorum radii in

vas plenum aqua incidunt. Inscr. Ante oculos, interque manus.

Num. descriptum in Musaeo Septaliano p. 236. n. 78. Conf. 440.

CCXCII. Septalius s. Settala (Manfredus) n. 1601. d. 1680. Philosophus, Mathematicus, Physicus, Museum magnuam collegit, cuius descriptio mihi est: Musaeum Septalianum Manfredi Septalae, Pauli Mariae Terzagi geniali laconismo descriptum. Dertonae 1664. 4.

440. Adv. Effigies, sub qua: C. F. 1677. Inscr. Manfredus Septalius Mediolanensis aetatis annor. 77.

Av. Planetarium, cui Famae tuba longissima incumbit: Inscr. percurrit utrumque.

Num. $3\frac{1}{2}$ pollicare Mazz. 2. p. 127. Tab. 129. n. 1. Ind. 331.

CCXCIII. Servetus (Michaël) Villae Novae, Arragoniae civitate 1509 natus, unde semet semper Villanovanum vocavit. Anatomicus eximius et meliorem certe de sanguinis circulatione cognitionem adeptus, quam Hallerus (Bibl. Anat. 1. p. 204. admittit; conf. Notam in Sarpium CCLXXIX. — Idem haereticus Calvini nefandis instigationibus neci deditus, et Genevae d. 27. Octobris 1553 lento igne combustus est.

441. Adv. Calvinus et Servetns stantes, ille sollicitus ut huius ex oculo festucam removeat. Inscr. O Schalck trec uit de balck. Exerg. Lu(cae) 6. c.

Av. Nyctea perspicillum tenens coram candela accensa. Inscr. Wat bat Kers of bril die nit zien en wil.

Num. pollicare (v. Mieris III. p. 341. n. 1. depictum. Ind. 332.) aeneum mihi est.

442. Alterum. Adv. Servetus et Calvinus stantes, festuca ex illius, trabe huius ex oculo eminente. Inscr. Schalc. treckt. ut. uwen. balck. Exerg. Lu. VI. c.

Aversa prioris nisi quod infra 'candelam litterae H. W. occurrunt.

Num. pollicare (v. Mieris ib. n. 2.) argenteum mihi est. — Huius mihi etiam aliud specimen ubi in adversae exergo L. V. V. I. C., et in adversa sub candela I. W. legitur.

443. Tertium. Adv. Figurae num. primi (441.) Inscr. Hipo. Ejice. Pri. Trabem. Ex. (oculo tuo).

Av. Candela accensa. Inscr. Oculo. Tuo. serviendo. Consumo(r).

Num. pollicare v. Mieris ib. n. 3. depictum.

444. Adv. Ulula alis expansis utroque pede facem accensam tenens, perspicillis simul utens.

Av. Was helffen lichter und brill, wen man mit Fleis nicht sehen will.

Num. pollicare argenteum mihi est, huc facere visum.

CCXCIV. Sittardus (Henricus Andrius) Medicus incognitus.

445. Adv. Effigies. Inscr. Henricus Andrius Sittardus. Artium Et Medicinae Doctor. Anno aetatis 71.

Av. Omnibus adde modum. Anno 1541.

Num. bipollicare fusum (Moehsen Meds. 1. p. 33. depict. Ind. 333.) aeneum mihi est; argenteum in numophylacio Regio servatur.

CCXCV. Sloane (Ioannes) Naturae scrutator egregius, Hodoeporici Jamaicensis auctor celeberrimus. N. 1660. D. 1753.

446. Adv. Effigies, sub qua: A. Dassier F. Inscr. Io. Sloane Equ. Baronettus.

Av. Praeses Societatis Londinensis. 1744.

Num. bipollicare (Mazz. 2. p. 239. Tab. 184. n. 2. Snelling tab. 33. n. 3. Ind. 334.) aeneum mihi est.

CCXCVI. Soemmerring (Samuel Thomas a) Thoruni 1755 natus, Academiae Berolinensis Membrum externum, Francofurti ad Moenum litteris vacans, Anatomicorum Germanicorum

Princeps, omnes Medicinae partes scriptis aeque numerosis, quam egregiis auxit.

447. Iconisma, secundum illud, quod Melchior Nymphaeburgi terra quam vocant biscocta optime fecit, ferro fusum, $4\frac{3}{4}$ pollicare, ill. viri effigiem simillimam sistens, mihi est.

CCXCVII. Solander (Daniel) Suecus, Linnaei discipulus amatissimus, Banksii in itineribus fidissimus comes, Musei Britannici Praefectus, Botanicus eximius. N. 1736. d. 1782.

448. Adv. Effigies, sub qua: G. L. pone quam: Solandra grandiflora. Inscr. Daniel Solander.

Av. Iosepho Banks effigiem amici merito Cl. et Ioh. Alstroemer.

Num. $1\frac{5}{12}$ pollicare (Lengn. Merkw. 560. Ind. 335.) argenteum mihi est.

CCXCVIII. Spedalieri (Archangelus) Medicinae Professor Ticinensis meritissimus, anno praeterlapso, ni fallor, obiit.

449. Numisma in cel. viri honorem percussum esse, Numismaticus egregius ab Ampach me certiorem fecit.

CCXCIX. Stahl (Georgius Ernestus) N. 1660. d. 1734. Medicinae Professor celeberrimus, sectae organicae caput, acutissimi certe ingenii, vim tamen animae in corpore tam sano quam morboso nimiam statuens.

450. Adv. Effigies. Inscriptio incisa: D. Georg. Ernest. Stahl. Consil. Aul. Et. Arch. Bor. Reg.

Av. litteris incisis, ad marg. Nat. Onold. 1660. Den. Berol. 1734. in area: Illustris Stahlii. imaginem. ex cera. artifici. manu. N. Georgii. formatam. in aes f. c. I. G. V. Moehsen. 1762.

Iconisma $3\frac{1}{6}$ pollicare, $8\frac{3}{8}$ uncias pendens, metallo composito fusum et dein scalptum et deauratum, egregium, mihi est. Ind. 336.

CCC. Strandberg (Zacharias), Medicus Holmiensis meritissimus, n. 1712. d. 1792.

451. Adv. Effigies, infra quam: I. G. Wikman. Inscr. Zach. Strandberg M. D. Assessor Coll. Medici.

Av. Socio optime merito in litteras munifico lugens Ac. R. Sc. St. 1794.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare, (Sacklén p. 106. Ind. 337.) argenteum mihi est.

CCCI. Stroemer (Martinus) Mathematicus et Physicus.

452. Adv. Effigies. Inscr. Mart. Stroemer Astron. Prof. Ups.

Av. In memoriam Socii desideratiss. Acad. R. Scient. Stockholm. F. C.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare (Lüdecke 1. p. 212. n. 15. Ind. 338.) argenteum mihi est.

CCCII. Superville (Daniel de) d. 1768. Archiater Culmbacensis.

453. Adv. Effigies, infra quam: Vestner. Inscr. Daniel de Superville.

Av. Consiliar. integerrimae et rarae fidei intimus aucta praeter opinionem ordinando Frederician. Friderici gloria. Primus Academiae Director et Cancellarius natus Roterodami d. 2. Dec. 1696.

Num. sesquipollicare (Mazz. 2. p. 394. tab. 198. n. 7. et in: Historia Academiae Fridericianae Erlangensis. Erlang. 1744. fol. depictum. Ind. 339.) argenteum in Numophylacio Regio vidi.

CCCIII. Swab (Antonius von) Suecus, Mineralogus eximius.

454. Adv. Effigies, infra quam: aet. 65. Inscr. Antonius v. Swab Eq. Aur. Obiit a. 1768.

Av. Collega per memoriam virt. et merit. desideratissimo R. Su. Collegium et R. Acad. Scient. coniuncto dolore cudi f. f.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare (Lüdecke 1. p. 212. n. 14. Ind. 340.) argenteum mihi est.

CCCIV. Swartz (Olaus), Botanices Professor Holmiensis, acutissimus Naturae scrutator, scri-

ptis

ptis celeberrimus, Amicus integerrimus, quem maxime lugeo. N. 1760. d. 1818.

455. Adv. Effigies, infra quam: M. F(rumerie), ante quam vero signa ord. de stella polari et Wasaei. Inscr. Ol. Swartz Botanicus Celeb.

Av. Planta orchidea. Inscr. Honos dum prata virebunt. Exerg. Secretario suo meritiss. def. 1818. Acad. Scient. Suec.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare argenteum mihi est.

CCCV. Swieten (Gerhardus van) Liber Baro, Boerhaavii discipulus et Commentator egregius, Archiater Caesareus, Rebus Medicis Praefectus liberalis et gratiosus, qui tantopere enim ipse virtutibus eminet, aliis non invidebit.

456. Adv. Effigies, sub qua: A. Wide(man). 1756. Inscr. Ger. L. B. V. Swieten S. C. M. A. Con. Arch. Co. Bibl. Pr.

Av. Genius cum baculo Aesculapii sub lauro, apparatus chemicus etc. Inscr. Docet et Sanat. Exerg. Med. Vienn. Emend.

Num. $1\frac{5}{6}$ pollicare (Bauer p. 354. Fig. V. Moehsen Meds. 1. p. 1. depict. Ind. 341.) argenteum mihi est.

457. Alterum. Adv. Effigies, sub qua: A. Wideman. Inscr. Ger. L. B. v. Swieten Ord. S. Step. Com. A. Con. Aul. Arch. Co. Bib. Pr.

Av. Monumentum cum cel. viri busto et epitaphio: M. Theresia Aug. Memoriae Ger. L. B. v. Swieten Nat. 7. Mai. 1700. †. 18. Iun. 1772. Inscr. Ob doctrinam et integritatem.

Num. $1\frac{5}{6}$ pollicare (depict. in: Schau- und Denkmünzen, welche unter Maria Theresia geprägt worden sind. Wien 1782. fol. II. p. 340. n. 243. Ind. 342.) argenteum mihi est. Ind. 342.

CCCVI. Tackius s. Tack (Ioannes), Medicinae Professor Giessensis, d. 1675. aetatis anno 58.

457. Adv. Effigies. Inscr. Io. Tackius P. Et M. D. Prof. Giss.

Av. Insignia. Insuper: 1655. Ad latera: I. T.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare, ovale, argenteum (Ind. 343.) in Numophylacio Regio vidi.

458. Alterum. Adversa eadem.

Av. Fortuna, super eam: 1655. Ad dextram verbum: Fortune. Ad sinistram: Infortune.

Num. aeque magnum deauratum in numophylacio cel. Friedländeri vidi.

CCCVII. Targioni Tozzetti (Ioannes) Florentiae natus 1712. denatus 1783. Naturae scrutator et Litterator diligentissimus.

459. Adv. Effigies, infra quam litteris incisis: I. V. (Weber). Inscr. Io. Targionius. Tozzettius. Flor. Med. D. Aet. A. 65.

Av. Vir in regione montosa sedens observata chartae mandat. Inscr. Sic Res Accendunt Lumina Rebus. Exerg. 1777.

Num. fere tripollicare fusum et dein scalptum aeneum mihi est.

CCCVIII. Taylor (Ioannes) Ophthalmiater empiricus, ideoque vanitate turgidus, qualem numismatis aversa sistit, annis 1730 et insequentibus per Europam circumforaneus. *)

460. Adv. Effigies, infra quam: Vestner. Inscr. Ioan. Taylor. Eques. Doct. Imp. Reg. Et Princ. Plur. Ophthalmiater Plurimarumq. Acad. Soc.

Av. En virum scientia medica insignem totaque Europa celebrem. Nat. Norwich in Anglia 1708. d. 13. Octobr. hora 11. matut. Qui coecis innumeris restituendo (visum?) se totum bono publico consecrat.

Num. $1\frac{7}{12}$ pollicare (Mazz. 2. p. 396. Tab. 198. n. 10. Ind. 345.) argenteum mihi est.

---

*) Lengnichius (N. Nachr. II. p. 181.) Ioannem Taylor, Poëtam anglicum, 1654 mortuum cum nostro Ophthalmiatro confundit.

CCCIX. Terzago (Paulus Maria) Medicus Mediolanensis, qui Museum Septalianum (conf. n. 440.) descripsit. D. 1695.

461. Adv. Effigies. Inscr. P. M. Terzagus Phys. Coll. 1693.

Av. Hygaea. Inscr. Charitate et Sapientia pristina restituebat.

Num. tripollicare post Terzagi mortem a civibus curatum, depictum Mazz. 2. p. 165. tab. 142. n. 1. ubi plurima in eius laudem dicuntur. Ind. 346.

CCCX. Tessin (Carolus Gustavus Comes de) n. 1694. d. 1770. Vir de Suecia plurimis numeris meritus, nobis ob rerum naturalium amorem dictus, quo commotus Museum instituit, cuius partem Linnaeus descripsit.

462. Adv. Effigies, infra quam: I. C. Hedlinger F. Inscr. D. G. Tessin Comes Supr. Aed. Et Hort. Regg. Praef.

Av. Libella. Inscr. Conscius Recti. Exerg. Maresch. Comit. 1739. Ordo Equestr. R. S. Decrevit.

Num. $2\frac{5}{12}$ pollicare Berch p. 345. n. 55. depict. Ziervogel De re nummaria Tab. II. Hedlinger ed. Fuesli Tab. XX.

463. Alterum. Adv. Clypeus Leonem (insignium Tessini) continens, infra quem: Constanter et sincere.

Av. Sertum duobus liliis albis coniunctis paratum, in quo verba: Jetton de M. le Comte de Tessin.

Num. (Iectonum) le Blanc Parisiis percussit Berch p. 345. n. 56.

464. Tertium. Adv. Jetton de Mr. le Comte de Tessin.

Av. Mutare vel timere sperno.

Num. (Iectonus) Holmiae percussum, rarum. Berch. p. 345. n. 57.

465. Quartum. Adv. Effigies, infra quam: H. (Hedlinger). Inscr. Carol. Gust. Tessin Com. Et R. Suec. Senator.

Av. Insignia cincta ordine aquilae nigrae huiusque symbolo: suum cuique. Inscr. Constanter et Sincere.

Num. $1\frac{1}{3}$ pollicare versus finem anni 1745 percussum. (Berch. p. 345. n. 58. Ind. 347. depict. Mazz. 2. p. 424. Tab. 204. n. 2. Hedlinger ed. Fuesli Tab. Iect. 16.) argenteum mihi est.

466. Quintum. Adversa prioris.

Av. Pyxis nautica. Inscr. Arctos ubique scopus. Exerg. Ob merita et inst(itutam) Pict(urae) Acad(emiam).

Num. $1\frac{1}{3}$ pollicare, eodem tempore percussum (Berch. p. 345. n. 59. Ind. 348. depict. Mazz. l. c. n. 3. Fuesli l. c. 17.) argenteum mihi est.

467. Sextum. Adversa prioris.

Av. Chrysalis Bombycis Mori. Inscr. Requie redivivus. Exerg. 1751.

Num. $1\frac{1}{3}$ pollicare (Berch p. 345. n. 60.) argenteum mihi est.

468. Septimum. Adv. Rusticus terram colens. Infra 1751.

Av. Den ökar Swea Land som odlar Swea Iord. (Sueciae terram auget, qui Sueciae terram colit.)

Num. $1\frac{1}{6}$ pollicare, quod Fehrmann percussit, descr. Berch p. 346. n. 61. Lengnich Merkw. n. 596. 4.

469. Octavum. Adversa quarti n. 465.

Av. Circinus, qui orbem descripsit. Inscr. D. 5. Oct. 1761.

Num. $1\frac{1}{3}$ pollicare, ad ill. viri abdicationem munerum alludens, (Berch p. 346. n. 62.) argenteum mihi est.

470. Nonum. Adversa prioris.

Av. Acerra fumum emittens, imposita basi, cui inscriptio est: ad VII. Ian. 1770. et prope quam helix serpit. Inscr. Superis gratus et imis. Exerg. Odor vitae A(nnorum) 74. M(ensium) 3. D(ierum) 21.

Num. $1\frac{1}{3}$ pollicare (Berch. p. 346. n. 63.) argenteum mihi est.

471. Decimum. Adv. Carol. Gust. Tessin et Ulrica Ludov. Sparre Coniuges 1752.

Av. Utriusque insignia. Inscr. Concordes egimus annos. (Ovid. Metam. VIII. 708.)

Num. (Jectonus octangulus) gamicum, jubilaei 25. annorum. Berch p. 346. n. 64.

472. Undecimum. Adv. Insignia. Inscr. C. G. Tessin Ägare til Penningby och Clasdorp o. s. o. s. w.

Av. Insignia. Inscr. V. Louisa Sparre Ägare til Sundby och Oestanå o. a. s. o. h.

Num. aureum duorum ducatorum pondere amicis datum, quorum terrarum Possessores se joci caussa nominabant. Berch p. 346. n. 65.

CCCXI. Thaer (Albertus) 1774. Gottingae Med. Doctor creatus, Cellis per sat multos annos Medicinam fecit, dein Oeconomiae se dedit, eaque maximopere inclaruit, ejusque amorem et cultum meliorem ubique excitavit.

473. Adv. Effigies simillima. Inscr. Albrecht Thaer.

Num. unilaterale, metallo composito fusum et scalptum, dein deauratum, $3\frac{1}{3}$ pollicare mihi est, quod anno 1824 in cel. viri jubilaeo solenniter celebrato, secundum Wichmanni bustum marmoreum bene factum est.

CCCXII. Thebaldaeus (Antonius) Ferrariae n. 1463. d. Romae 1537. Poëta, qui per aliquod tempus medicinam fecisse dicitur.

474. Adv. Effigies. Inscr. Antonius Tibaldeus.

Av. Venus in concha Delphino ut videtur imposita natans, ad latera Tritones buccinantes, Cupidinesque supervolantes sertum ei imponunt.

Num. $2\frac{3}{4}$ pollicare: Mazz. 1. p. 183. Tab. 41. n. 1. Ind. 349.

475. Alterum. Adv. Effigies. Inscr. (litteris incisis) Antonius Thebaldus.

Av. Mulier alteram manum elevans, altera cornu copiae gerens. Infra: *ΕΛΠΙΤΕΙ.*

Num. $1\frac{1}{3}$ pollicare Mazz l. c. n. 2. Ind. 350.

CCCXIII. Theden (Joannes Christianus Antonius) Chirurgus eximius ob. d. 21. Octbr. 1797.

476. Adv. Effigies, infra quam: Fr. Loos. Inscr. Joh. Chr. Ant. Theden Erster K. Pr. Gen. Chirurgus.

Av. Sertum quercinum verba continens: Der Herr hat den Arzt geschaffen, und Könige ehren ihn. — Seinem Amtsjubiläum gewidmet von den K. Pr. Pens. Chirurgen den 27. Jul. 1787.

Num. $1\frac{1}{3}$ pollicare (Lengnich Merkw. 598. 146. Ind. 351.) argenteum mihi est.

477. Aliud. Adv. Columna, cui Serpens Aesculapii circumvolutus, quaeque apice Centaurum Chironem fert. Ad basin symbola Latomorum. Exerg. D. 27. Julii 1787. — Abramson.

Av. J. C. A. Theden K. Pr. 1ster Gen. Chir. Geb. d. 13. Sept. 1714. feierte sein 50jährig. Dienst-Jubiläum im Kreise von Maurern, die ihn nie aus ihrer Mitte verlieren würden, wenn Dankbarkeit und Liebe ihm Leben geben könnten.

Num. $1\frac{5}{12}$ pollicare (Ind. 352.) argenteum mihi est.

CCCXIV. Themmen (Phoebus Hitzerus) Medicus Amstelaedamensis de variolis vaccinis propagandis meritissimus et societatis huic nobili scopo dicatae Praeses.

478. Adv. Effigies, sub qua: Lageman F. Inscr. Phoebus Hitzerus Themmen M. D. Instituit 1803.

Av. Sertum laurinum, cujus spatium internum nominibus incidendis destinatum videtur. Inscr. Het Amsterdamsch Koepok-Inentings Genootschap.

Num. 1¼ pollicare (Ind. 353.) argenteum cel. vir dono dedit.

CCCXV. Thieuillier (Ludovicus Petrus Felix Renatus Le) Parisiensis, 1752 Doctor creatus, de Facultate Parisiensi bene meritus, ideoque 1768 et 1769, iterumque 1772. Decanus electus.

479. Adv. Effigies, infra quam: Roettiers Filius. Inscr. L. P. F. R. Le Thieullier Paris F. M. P. Decanus.

Av. Cel. viri insignia. Exerg. sceptra academica decussatim pulvinari imposita. 1770. Infra: 1768. 1769.

Num. pollicare argenteum mihi est.

CCCXVI. Thomasius (Godofredus) n. 1660. d. 1746. Medicus Norimbergensis, in cujus et Volckameri honorem communem numisma percussum est, infra n. 502. dicendum.

480. Adv. Effigies, infra quam litteris incisis: Dorsch F. in gem. Inscr. (litt. incisis) Godofr. Thomasius. M. D.

Av. Vir harpa canens; infra litt. incisis: M(oehsen). R. C.

Num. ovale, pollicem longum, 8. lin. latum argenteum mihi est. Consimile paulo majus in Numophylacio Regio servatur. Ind. 354.

CCCXVII. Thunberg (Petrus Carolus) Naturae scrutator summus, itineribus, scriptisque fere innumeris celeberrimus. Natus 1743. et senex venerabilis, qui anno 1823. jubilaeum celebravit, cujusque amicitiae documenta quam plurima grata mente semper recordabor, adhucdum alacer scientiis vacat.

481. Adv. Effigies, infra quam C. E. Inscr. C. P. Thunberg M. D. Bot. Pr. R. P. W. Com.

Av. Sertum laurinum inscr. continens: Inspectori suo paternae per 29 annos curae memor Stud. Iuventus Ups. Smolandica 1818.

Num. 1¼ pollicare (Sacklén p. 545. Ind. 355.) argenteum ill. vir mihi dono dedit.

CCCXVIII. Tingstadius (Laurentius Christianus) n. 1750. Professor olim, dein Med. Practicus Holmiensis. Ex anno 1810. in praedio Sudermanniae sibi et Oeconomiae Studio vivit.

482. Adv. Effigies, infra quam: C. E. Inscr. L. C. Tingstadius Profess. Ridd. af. K. W. O.
Av. Emblemata commercium et agriculturam spectantia. Inscr. Kl. Sw. Patr. Sälsk.
Num. 1¼ pollicare (Ind. 356.) aeneum mihi est.

CCCXIX. Tommasini (Jacobus) Medicinae practicae Professor Bononiensis, Rasorii theoriam suam fecit, plurimumque auxit, scriptorum egregiorum auctor.

483. Adv. Effigies, infra quam: L. Manfredini F. Inscr. A. Giacomo Tommasini.
Av. Sertum, in quo baculus Aesculapii. Inscr. (continuatio illius adversae): I. Discepoli Riconoscenti. 1822.
Num. 1¾ pollicare aeneum mihi est.

CCCXX. Torre (Marcus Antonius de la) s. Turrius, s. Turrianus, Anatomiae Professor Patavinus, qui Leonardi da Vinci, ad corporis depingendas partes (ossa, musculos) usus est arte. A. 1512. pesti occubuit.

484. Adv. Effigies. Inscr. Turrius Ille Marcus An. Art. Et. Med. Doc. Et. Pub. Lec.
Av. Mulier equo alato vehens. Infra: Op. Ju(liani). Tu(rrii), (M. Antonii fratris.)
Num. aurichalco fusum, maxime rude, Juliani Turriani operibus multo inferius, certeque Moehsenii inventnm, qui Meds. 1. p. 128. depictum dedit, mihi est. Ind. 357.

CCCXXI. Trafvenfelt (Ericus Carolus), n. 1774. Medicus Holmiensis cel. et meritissimus.

485. Adv. Effigies, infra quam: M. Frumerie. Inscr. C. Trafvenfelt M. D. R. Coll. San. Prof. Equ. O. St. P. Et V.
Av. Sertum laurinum verba continens: Sodali dilecto et per quinque an. Secretario opt. merito Societas Medicorum Suec. 1817.

Num. $1\frac{5}{12}$ pollicare (Sacklén p. 242. Ind. 358.) argenteum cel. vir mihi dono dedit.

CCCXXII. Trew (Christophorus Jacobus) Vir solidae eruditionis, de Historia Medicinae, de Botanica et Anatomia bene meritus. D. 1769.

486. Adv. Effigies, infra quam: Vestner. Inscr. D. Christophor. Jac. Trew.

Av. Natus Lauffae Nor. 1695. Doctor Renunciat. Alt. Nor. 1716. In Incl. Coll. Med. Nor. Receptus 1720. III. Ac. Caes. N. Adscriptus 1727. Ser. Pr. Ouo. Br. Cons. Aul. Et Arch. Const. 1736.

Num. $1\frac{5}{12}$ pollicare, depict Mazz. 2. p. 303. Tab. 172. n. 8. Spies III. p. 9. — Ind. 359.

CCCXXIII. Trincavella s. Trincavellus (Victor) Medicus Venetus felicissimus, annum agens 59. Professor Medicinae practicae Patavinus factus, anno 1568 obiit, aet. 72. Vincentius viri cel. frater fuit.

487. Adv. Effigies, Inscr. Victor Trincavellus.

Av. Effigies. Inscr. Frater Vincentius.

Num. aeneum tripollicare (Hauschild n. 200. Ind. 360.) apud Goetzium vidi.

CCCXXIV. Tronchin (Theodorus) Genevensis, Medicus primum Amstelaedamensis, dein in patria urbe, tandem Parisiensis, experientissimus, candidissimus; Variolarum insitionem maxime commendavit, Ducis Parmae insitione numisma insequ. meruit. N. 1709. d. 1781.

488. Adv. Effigies. Inscr. Theodorus Tronchin.

Av. Allegoria in laudem insitionis variolarum. Inscr. Tutissimus ibis. Exerg. securitas Populi Parmensis 1734.

Num. valde magnum, argento duodecim uncias pendens, descr. Haller 1. p. 165. n. 283.

CCCXXV. Tulpius (Nicolaus) Amstelaedamensis, Chirurgus optimis quibusque adnumerandus, cujusque observationes Hallero recte monente a quolibet medico quae consulantur dig-

nae sunt. Optimus quoque civis, senator et consul fuit. N. 1539. d. 1679.

489. Adv. Effigies. Inscr. N. Tulp. Amsterd. Cos. 4. senator annis quinquaginta.

Av. Cedrus cujus vertex nubes intrat. Inscr. Vires. ultra. sortemque. senectae.

Num. $1\frac{3}{4}$ pollicare (van Loon III. p. 69. Koehler XIII. p. 330. depictum. Ind. 361.) argenteum mihi est. Van Loon arborem pro Acere s. Platano habet, sed Koehlero adsentio, qui Cedrum vocat, praesertim si eandem monti impositam esse et nubes intrare considero; Cedrus etiam neque Acer alacris et vegetae senectae symbolum habetur.

CCCXXVI. Vacher de la Feutrie (Thomas le), Medicus Parisiensis, de rhachitide 1772 scripsit.

490. Adv. Effigies, infra quam: B. Du Vivier. Thom. Le Vacher de la Feutrie Ebroic. S. Fac. P. Dec.

Av. Insignia Vacherii. Exerg. 1779. 1780.

Num. pollicare aeneum mihi est.

CCCXXVII. Vahl (Martinus) Hafniensis, Botanicus summus, scriptis celeberrimus.

491. Adv. Effigies, infra quam: Giannelli. Inscr. Martinus Vahl Professor Botanices Hafniae. Nat. d. 10. Oct. 1749. Den. d. 24. Jan. 1804.

Av. Horae saltantes. Ad dextram M. F. Inscr. Te variis scribent in floribus Horae. Exerg. Amici F. C.

Num. $1\frac{5}{6}$ pollicare argenteum mihi est.

CCCXXVIII. Valcarenghi (Paulus), Medicus Cremonensis, in Museo Mazzuchelliano magnis laudibus elatus, eo tempore (1763) adhuc vivus.

492. Adv. Effigies. Inscr. Paulus Valcarenghius Phys. Col. Cremon. Com. Et Eq. P. M. Prof. Pap. Et Mediol.

Av. Mulieres Chemiam et Botanicen referentes cum symbolis ad illas et Anatomen facien-

tibus. A. S. Inscr. Clarescit utrinque. Exerg. 1752.

Num. tripollicare Mazz. 2. p. 408. tab. 200. n. 3. Ind. 362.

CCCXXIX. Vallisnieri (Antonius) Professor Patavinus, cui historia naturalis multa debet. N. 1661. d. 1730.

493. Adv. Effigies sub qua: F. Selvi 1727. Inscr. Antonius Vallisnerius Pub. Pri. Pat. Profess.

Av. Mulier quae res quasdam lente usa inspicit. Inscr. E. Diligens. E. Delectus.

Num. 3¼ pollicare (Mazz. 2. p. 281. Tab. 168. n. 1. Ind. 363.) apud Goetzium vidi.

494. Aliud. Adv. Effigies. Inscr. Antonius Vallisnerius. Pub. Pri. Pat. Pro.

Av. Mulier Naturam referens, objecta praebens, quae altera lentis ope examinat. Inscr. Tantum in modicis quantum in maximis. Exerg. A. Selvi F.

Num. tripollicare Mazz. l. c. n. 2. Ind. 364.

CCCXXX. Vercellensis (Baptista) Medicus nobis ignotus.

495. Adv. Effigies. Inscr. Baptista Vercellensis Medicinae Parens.

Av. Tres mulieres, quarum media elatiore loco sedens, infantem gremio tenet, reliqua stant. Inter eas litterae. M. V. C. V. L. M. Inscr. Languentium fides spes et caritas.

Num. 1⅚ pollicare: Mazz. 1. p. 113. Tab. 23. n. 5. Ind. 365.

CCCXXXI. Vernage (Franciscus) Medicus Parisiensis, 1702—1704. Facultatis Parisiensis Decanus. In Jectono suo n. 120. dicto non sui sed Fagonis effigiem sisti curavit, cfr. Eloy T. IV. p. 510.

CCCXXXII. Vesalius (Andreas) Anatomicorum Princeps, primus qui naturam scholae praeferre ausus est, cujusque laudem omnes posteri repetent.

496. Adv. Effigies, infra quam: W. Binfield F. Inscr. Andreas Vesalius.

Av. Natus Bruxellis in Belgia an. 1514. obiit an 1564. — Series numismatica universalis virorum illustrium. 1810. Durand edidit.

Num. sesquipollicare aeneum mihi est. Ind. 366.

CCCXXXIII. Vignon (François le) Medicus Parisiensis d. 1675.

497. Adv. Effigies. Inscr. M(ait)re Fr. Le. Vignon. Con(seille)r. Des(ta)t. Et Doyen.

Av. Manus e nubibus porrecta serpentes constringens. Inscr. Contero. Monstra. Exerg. 1666.

Num. pollicare Moehsen Meds. 1. p. 385. delin. Ind. 367.

CCCXXXIV. Villars (Elias Col de) n. 1675. d. 1747. Chirurgiae Professor, Lexici medici auctor.

498. Adv. Effigies, infra quam: Du Vivier. Inscr. Elias Col de Vilars Inculism. F. M. P. Decanus.

Av. Insignia Fac. Med. Paris. Inscr. Urbi et Orbi salus. Exerg. 1741. 1742.

Num. pollicare aeneum mihi est.

CCCXXXV. Vinci (Leonardo da), 75 annos natus 1518 obiit. Pictor illustris, qui rebus anatomicis plurimum temporis impendit. Marci Antonii della Torre (484.) amicus singularis fuit, et tabulae Vincianae anatomicae, quarum magnus numerus Londini servatur, Huntero summa laude dignae visae sunt. Conf. Blumenbach Med. Bibliothek. T. III. p. 141—147.

499. Adv. Effigies. Inscr. Leonardns Vincius Florentinus.

Av. Penna et penicillum decussatim posita; supra eadem: sertum. Inscr. Scribit. Quam. Suscitat. Artem. Exerg. 1669.

Num. bipollicare vetus stanneum possideo, in quo (uti apud Koehlerum IX. p. 369.) annus exergi expressus est, quem Museum Mazzuchellianum (Tab. 39. n. 2.) forsan ob ectypon imperfectum omisit. Ind. 368.

500. Est mihi etiam aeneum, Parisiis restitutum, eo diversum, quod infra effigiem nomen artificis (Herard F.) occurrat.

CCCXXXVI. Viviani (Vincentius) Galilaei discipulus, Mathematicus et Physicus celeberrimus. N. 1622. d. 1703.

501. Adv. Effigies. Inscr. Vinc. Viv. Noviss. Magni Galilaei Discipulus aet. 79. qui primus A. Sal. 1646.

Av. Liber et dissectae sphaerae. Inscr. (continuatio illius adversae): Et sphaericas superficies nil recti habentes notis rectangulis ostendit aequas.

Num. $3\frac{1}{2}$ pollicare (Mazz. 2. p. 184. Tab. 145. n. 3. Ind. 369.) aeneum apud Goetzium vidi.

CCCXXXVII. Volckamerus (Joannes Georgius) Medicus Norimbergensis, Floraeque Patriae auctor. N. 1662. d. 1746. Conf. CCCXVI.

502. Adv. Effigies duae, infra quas: Vestner F. Inscr. D. Jo. Georg. Volckamer. Coll. Med. Sen. Pr. — D. Godofr. Thomasius Princ. Med. Et Cons. In exergo longitudinem diviso. Nat. Nov. 1662. Rec. in Coll. Med. 1691. — Nat. Lips. 1650. Coll. Med. Adscr. 1685.

Av. Nobilissimo Medicor. Pari Aevi hujus ornamentis, qui per 50. annos Collegium Medic. Norimb. magnis meritis illustrarunt cui alter jam sext. praesedit Alter sext. praesidere coepit honor. ergo f. c. Collegae. In exergo: a. 1741.

Num. $1\frac{5}{6}$ pollicare (Mazz. 2. p. 320. Tab. 178. n. 4. Will. 1. p. 241. delin. Ind. 370.) argenteum mihi est.

CCCXXXVIII. Waitz (Jacobus) Medicus chemicus, Alchemiae sed modice certe addictus, cum in Republica vir summae fuerit fidei. N. 1642.

503. Adv. Effigies. Inscr. Jac. Waitz. Ph. Et. M. D. Duc. Sax. Consil. Archiat. Et Redit. Provinc. Praef. Consul. Gothanus. Infra: Insignia. An. aet. 71. 1713.

Av. Sol retortam illucet, cum signis salis, sulphuris, mercurii, de quibus dicitur: In uno dant sal celeste et fixum; cum longa inscriptione alchemistica.

Num. $1\frac{1}{6}$ pollicare (Mazz. 2. p. 235. Tab. 159. n. 1. Ind. 371.) in Numophylacio Regio vidi.

504. Adv. Effigies duae, duo insignia. Inscr. prioris et praeterea: Christiana Waitzin Geborne Jaegerin.

Av. In clementissimi Dei genitoris gloriam Ernesti. Pii. Friderici. Sapientis Et. Felicis. D. D. D. Saxoniae per 50 annos fideli servo et Consuli Gothano 48 annor. cum conjuge 26. per 10 adhuc viventes liberos 42 nepotibus aucto post 50 annos de matrimoniali Jubileo d. 3. Mart. 1716. celebrato publicis votis gratulabantur amici. Inscr. Virtute et labore. — C. W(ermuth). C. Pr(ivil.) Caes.

Num. $1\frac{7}{12}$ pollicare (Kundmann Jubil. Tab. IV. n. 17. Mazz. l. c. n. 2. Ind. 372.) in Numophylacio Regio vidi.

505. Adv. Effigies et Insignia duo. Inscr. prioris, sed pone ejus titulos additur: an. aet. 75. Christiana Waitzin an. aet. 70.

Av. More thoros Doctor Consors et Waitz renovabant. In conjugii Jubilaeum d. 1 Mart. sacris auspiciis celebratum.

Num. $1\frac{5}{8}$ pollicare (Ind. 373.) in numophylacio regio vidi.

506. 507. Cl. Carolus Fridericus Guilelmus Erbstein (Numismatische Bruchstücke. 1—3. Bruchstück. Dresden 1816. 8. p. 58. n. 166. sibi quinque nota esse numismata refert Waitziana, inter quae alterum in Waitzium et uxorem de anno 1726.

CCCXXXIX. Wallerius (Joannes Gottschalk) Chemicus et Mineralogus illustris. N. 1709. d. 1785.

508. Adv. Effigies, infra quam G. E. Inscr. J. G. Wallerius Prof. Ups. Eq. Ord. R. Vasaei.

Av. Genius coram apparatu chemico lente simplici adhibita aliquid examinat. Inscr. In ordinem et usum. Exerg. Chymico et Miner. Ill. Socio Desid. Ac. R. Sc. St.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare (Lüdecke 7. p. 229. Sacklén. p. 598. Ind. 376.) argenteum mihi est.

CCCXL. Walter (Joannes Theophilus) Anatomicus summus, Musei Anatomici Berolinensis Conditor, scriptorumque optimorum auctor celeberrimus. Regiomonti n. Jul. 1. 1734. d. Berol. Jan. 3. 1818.

509. Adv. Effigies simillima, infra quam: Abramson. Inscr. J. G. Walter Med. D. Anatom. Prof. Nat. 1734.

Av. Sertum laurinum verba continens: Diem muneris X. per lustra expleti consecrant cultores et amici ex gremio Coll. Med. Chir. Abrogati d. 3. Jan. 1810.

Num. $1\frac{7}{12}$ pollicare argenteum mihi est, delineatum in opere Filii cel. Frid. Aug. Walter Alte Malerkunst und Johann Gottlieb Walter's Leben und Werke. Berlin 1821. 8. p. XVI. Ind. 377.

CCCXLI. Wargentin (Petrus Guilelmus) Physicus et Astronomus celeberrimus.

510. Adv. Effigies, infra quam: C. G. Fehrmann. Inscr. Petrus Wargentin Eques Aur.

Av. Jupiter cum satellitibus (de quibus cel. vir plurimas observationes Actis Academiae inseruit) ea in constellatione, quae ejusdem obitus die locum habuit. Inscr. Sublimiora jam curat. Exerg. Secret. suo per 34. an. meritissimo Reg. Ac. Sc. St. 1783.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare (Lengnich Merkw. 624. Ind. 378.) argenteum mihi est.

CCCXLII. Weber (Georgius Henricus), Medicinae Professor Kiloniensis, scriptis botanicis et medicopracticis cel.

511. Adv. Effigies infra quam: Jachtmann F. Inscr. Geo. Henr. Weber. Prof. Kil. Nat. 1752. Doct. Cr. D. Sept. 17. 1774.

Av. Webera corymbosa. Inscr. Medico et Botanico Summo Auditores Et Amici Laetabundi. D. Sept. 17. 1824.

Num. $1\frac{2}{3}$ pollicare argenteum mihi est.

CCCXLIII. Wedel (Georgins Wolfgang) Medicinae Professor Jenensis, qui quam plurima scripsit, praesertim chemica et pharmaceutica. N. 1645. d. 1721.

512. Adv. Effigies, infra quam: aet. 59. 1704. Inscr. Georg. Wolfg. Wedel. Med. D.

Av. Pyramides quatuor, singulae effigiem ferentes, cum inscriptionibus basium: Paracelsi, Hippocratis, Galeni et Helmontii. Inscr. Non unus sed quidquid ad usum. In exergo: Memor. Perpet. C. Wermuth Fec. C. Pr. Caes.

Num. $1\frac{1}{6}$ pollicare, depict. Thesaur. Num. p. 450. Mazz. 2. p. 252. Tab. 161. n. 6. Ind. 379. aeneum mihi est.

In Museo Mazzuchelliano l. c. Exergum male redditum, et Incisor Wermuthpec nominatus est. Ib. porro tab. 164. n. 4. aversa ad Aug. Herm. Franckii numisma perperam relata est.

513. Alterum. Adversa eadem.

Av. Judaei Nehemia duce muros Hierosolymorum eversos reficiunt et simul ad bellum parati sunt. Inscr. Ad utrumque. In Exergo: Nehem. IV. 15. 1717. W(ermuth). c. pr.

Num. aeque magnum Mazz. l. c. n. 5. Ind. 380.

CCCXLIV. Wedenberg (Adolphus Fridericus) Natus 1743. Medicus Holmiensis, omni laude dignissimus.

514. Adv. Effigies, infra quam: M. Frumerie. Inscr. A. F. Wedenberg Reg. Med. Prim Equ. Ord. Vas.

Av. Diana Lucina dextra florem, facem sinistra tenens. Inscr. Spes Matrum Sobolumque Salus. Exerg. Socio Seniori Cura Puerp. Et

Et Orph. per 42. ann. meritissimo Sodalitas pro Patria.

Num. sesquipollicare (Sacklén p. 404.) argenteum mihi est, 1820. percussum.

CCCXLV. Werner (Abraham Gottlob) n. 1749. d. Friburgi, cujus decus fuit. 1817. Mineralogiae Reformator, Fundator Geologiae solidioris, a quo societas Angliae mineralogica eodem jure, quo aliae a Linnaeo, nomen mutuavit.

515. Adv. Effigies, infra quam: Armand F. Inscr. Abrahamus G. Vernerus Natus an. 1749. Wahraniae in Lusatia superiore, obiit an. 1816. — Series numismatica universalis virorum illustrium. 1823. Durand edidit.

Num. sesquipollicare aeneum mihi est.

516. Iconisma, effigiem similem sistens, secundum gypseum, nescio cujusnam Artificis, a filio suo plumbo fusum, cel. Erbstein benevole mecum communicavit. Ind. 382.

CCCXLVI. Wilcke (Joannes Carolus) Physicus seculi praeterlapsi eximius.

517. Adv. Effigies, infra quam: G. E. Inscr. Nullo tenebris damnabitur aevo.

Av. J. C. Wilcke Eq. Aur. Secretario suo lugens Ac. R. Sc. Stockh. 1797.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare argenteum mihi est. Ind. 383.

CCCXLVII. Willdenow (Carolus Ludovicus) Berolini n. 1765. d. 1812. Botanicus eximius, qui scientiae, cui ferventissimo totum se dederat amore, praematura morte ereptus fuit. Omnium Bonorum amicus, Academiae nostrae decus.

518. Iconisma tripollicare, ferreum, secundum Poschii nostri ceram 1811. fusum, effigiem quam simillimam sistens mihi est. Icones amici carissimi complures dantur aeri incisae, sed citra similitudinem.

CCCXLVIII. Willis (Franciscus) Celeber ille Georgii tertii, Magnae Britanniae Regis Archiater, qui senex Londini degit, cujusque de morbis psychicis opus exspectatur.

519. Adv. Effigies, infra quam: C. I. Inscr. Doctor Willis.

Av. Britons Rejoice Your King's Restored. 1789.

Num. $1\frac{1}{4}$ pollicare stanneum mihi est.

CCCXLIX. Wolf (Christianus) Vratislaviae 1679. natus d. Halae 1754. Vir magni ingenii, eruditionis summae, et rerum physicarum cognitione ornatissimus, cujus tamen methodus demonstrativa medicos plurimos a recta via detraxit.

520. Adv. Effigies, infra quam: J. Dassier. Inscr. Christianus Wolfius.

Av. Dea cornu copiae gerens cubo insidet, quem serpens cingit. Inscr. Sedes Fructusque perennis. Infra: J. D(assier).

Num. $1\frac{7}{12}$ pollicare egregium (Kundmann Siles. Tab. 30. n. 91. Koehler XII. p. 385. Mazz. Tab. 190. n. 2. Ind. 384.) aeneum mihi est.

521. Alterum. Adv. Effigies, infra quam: V(estner) c. pr. S. C. M. Inscr. Christian Wolf. Cons. Regim. Hass. Prof. Prim. Math. et Phil. Marburg.

Av. En aevi nostri Hermetem Trismeg. Nat. Vratisl. A. 1679. d. 24. Jan. qui Mathesin perviam Philosophiam firmam et utilem reddidit clare et distincte utramque docuit. Halae ab a. 1706. Marburgi ab a. 1723. Nemini gravis nisi aemulis.

Num. sesquipollicare (depict. Koehler XII. p. 409. Mazz. l. c. n. 4. — Ind. 386.) argenteum mihi est.

522. Tertium. Adv. Effigies, infra quam: Halam reliquit 1723. Inscr. Christianus Wolfius.

Av. Sol e nubibus surgens Halam illustrat. Inscr. Cunctando novo insurgit lumine. Exerg. Halam reversus 1740. K(och).

Num. $1\frac{1}{3}$ pollicare depict. Koehler XIII. p. 409. Mazz. l. c. n. 3. Ind. 385.

CCCL. Woyssel (Godofredus) Medicus. Vratislaviae n. 1582. d. 1628.

523. Adv. Effigies. Inscr. Godofredus Woyssel Doct. Med. aet. 37. 1619.

Av. Infans florem tenens, prope arborem dimidia frondes parte orbatam, cujus ad alterum latus cranium humanum.

Num. sesquipollicare (Kundmann Siles. p. 399. Tab. 29. n. 90. Ind. 387.) argenteum in Numophylacio Regio vidi.

Zinnendorf conf. Ellenberger.

Litteris Starckianis.